

Luis de Molina, S. I.

De fide

Comentarios a la II. II, q. 1-16*

Edición y notas por
MARIANO PRADOS, S. I. y EDUARDO MUÑOZ, S. I.

QUAESTIO 11.

Articuli 1 et 2

De haeresi et haeretico; atque in primis quid haeresis nomine significetur.

Disputatio 1.^a

Haeresis vocabulum graecum est ab *heretico*^b verbo greco quod est *eligo*, significat vero quamcumque sectam sive opinionem sic dictam, quod homines pro suo arbitratu sibi soleant eligere sectas atque opiniones. Liceat enim opinio atque secta opinio sit intellectus seu actus intellectus concurrit tamen imperium atque electio voluntatis ad determinandum intellectum ad alteram partem contradictionis, ut q. 1 art. 4^c visum est. Sicut ergo secta a sectando latine dicitur, ita grecce haeresis ab eli-

^a El nos. ofrece dificil lectura. Lo más obvio hubiera sido derivarlo de *haeresis*; puede ser que pretienda derivarlo de *heretico* que es como hemos leído.

* Véase ArchTecGraug 39 (1978) 207-239; 40 (1979) 101-235; 41 (1979) 113-330; 42 (1979) 81-195.

^b Luis de Molina, Annotations in *II. II. de fide Thomae*, q. 1, a. 4. ArchTecGraug 41 (1978) 132ss.

gendo. ut Isidorus & Ethymol. cap. 3^a ait, et Hieronymus, in capite 3 epistolae ad Titum atque in capite 5 epistolae ad Galatas², et refertur capite Haeresis 24 q. 3^a et plures alli. Inepta ergo sunt denominaciones vocabuli haeresis ab haeretico errori et aliis vocabulis latinis [I. 213v] quas tradunt Peludanus in IV. d. 13, q. 8^a; Abbas, in capite Firmissime, de haereticis³, et Hostiensis in Summa⁴.

Licet autem vocabulum haeresis sicut et secta et in bonam et in malam partem usurpari possit pro quaevunque opinione, imo usurpatum sit ab Etheñicis et aliis scriptoribus. Unde Tullius in Parad. Cato, inquit, in ea est haeresi vel opinione, quae nullum sequitur orationis florem. Et Philo, in libro De vita theoretica⁵, nostram religionem appellavit haeresim non in malam, sed in bonam partem iuxta usum loquendi illius temporis. Attamen inter christianos usus obtinuit ut nomine haeresis intelligeretur secta seu opinio atque existentia contraria fidei catholicae, unde sumitur in malam partem. alique ita de haeresi sermo est loco.

Advertunt vero Isidorus locu citato⁶, Hieronymus super caput 3 epistolae ad Tlcum⁷, Theophilactus, in capite 2 epistolae ad Colossenses⁸, Tertullianus, in libro De praescriptionibus haereticorum⁹, et alii, sanctissimam religionem nostram neque haeresim neque sectam appellandam esse neque a catholice unquam ita appellatam fuisse etiam in latissima et propria horum voca-

2. ISIDORUS. *Etymologiarum sive Originum libri XX.* I. 6, c. 3 ed. W. M. Lindsay, Oxford (1911), s. l., X v.

3. HIERONYMUS. *Commentarii in IV epistolas Pauli, ad Titum.* 3, 10, 11: PL 26, 630 A: ib., ad Galatas, I. 3, c. 5, 19-21: PL 26, 445.

4. C. I. C. r. 2^a, C XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, I, 997.

5. PETRUS A PALUO, *Opus in Quartum Sententiarum*, d. 13, q. 3, n. 4: Salamanca 1552, p. 158 a.

6. NICOLAUS TUDESCHI, *In Quartum et Quintum Decretalium librum locuuentissima Commentaria*, in V, de haereticis, c. 3: Venecia 1860, f 116r b.

7. HENRICUS DE SEGUINO (Hostiensis), *Summa aurea*, I. 3, llt. De haereticis, n. 1: Turin 1579, f. 294 b.

8. M. T. CICERO, *Paradoxa*, ad. M. Brutum, I: ed. Operum, t. 4, Amate-Isedon 1724, p. 1381 b. Se refiere a los estoicos.

9. PHILO ALEXANDRINUS, *De vita contemplativa*, 29: ed. Operum, du Cerr. Paris 1963, 29, p. 88; ed. Cohn-Wendland, VI, 53, 14.

10. THEOPHILACTUS, *Epistolas divi Pauli ad Colosenses Expositio* (in c. 2, v. 8): PG 124, 1240 A.

11. TERTULLIANUS, *De praescriptionibus haereticorum*, 29, 6: SC 46, 126, 13-15: «Ceterum satis irruptum ut prior doctrina haeresis habeatur, vel quoniam ipsa est quae futuras haereses cavendas praeununtiabato. Es lo más aproximado, a lo que Molina expone en el texto, que hemos podido encontrar.

huius significacione. Et ratio est, quia non est ex inventione et electione hominum, sed ex divina revelatione et traditione; haeresis autem proprio inquendo inventum hominum atque ex electione hominum est. At inventiones ergo hominum aliae existimationes sanctissimae fidei nostrae contrarias haereses et sectas contractu vocabulo ad res fidei viri catholici inveniuntur; at vero sanctissimam religionem nostram indignum atque impoprium indicaverunt vel sectam vel haeresim appellare.

[f. 214r]. **Quid requiratur ut aliquis sit conscientiusque in fide conscientiae haereticus?**

Disputatio 2.

Quamvis ordo postulare videbatur ut ab abstractio, hoc est, ab haereti a qua quis haereticus denominatur, initium sumeret disputatio, quia tamen plus convenient doctores in concreto quam in abstracto, ab haeretico est nobis inveniendum; inde enim facilius reddetur disputatio de abstractis.

Ut aliquis revera sit haereticus atque in fide conscientiae talis censuratur, nonnulla requiruntur, primum ut eret in his quae sunt. fidei In hoc omnes convenient. Vide, inter alios, Canonicus 12 de Iocis, cap. 8 et 9¹². Castrum, libro 1 De iusta haereticorum punitione, cap. 1 et 7¹³; Torres, de Trinitate, q. 32 art. 4¹⁴ et Sylvesterum, verbo haerese 1¹⁵, q. 2¹⁶. Porro nomine eorum quae sunt fidei intelligimus hoc loco non solum ea quorum est habitus fidel immediate, sed etiam ea quae ex illis evidenter deducuntur, pertinentque ad habitum theologum, iuxta ea quae late explicata sunt I p., q. 1, art. 2, disp. 2¹⁷.

Hinc colligo in primis errorem circa alia neminem efficere haereticum. Colligo deinde cum Castro duobus illis capitibus el-

12 M. CASO, De Iocis, I, 12, v. 6s; Berry, Madrid 1791, 2, 105-216.

13 ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, c. 1 et 7; Hispanica 1547, f. 3v; f. 23v b.

14 BARTOLOMÉ TORRES, Commentaria in decem et septem questiones primae partis sancti Thomae de inefabili Trinitatis mysterio, q. 32, u. 4, p. 2; Alcalá 1567, f. 93v b.

15 SILVESTER DE PRIORIO, O.P., Summa summarum v. Haeresis I, n. 1; Lyon 1502, 177s.

16 LUTA DE MULINA, Compendiaria in primaria duci Thomae Porteri, q. 1, n. 2, disp. 2 ed. c. encl. 27-30. Vesse también ib., B. 3, disp. 2: cols. 39-43.

tatis¹⁷ et cum Sylvestro, loco citando¹⁸, nullum factum quantumcum
enorme efficere aliquem haereticum in foro conscientiae
nisi procedat ex errore in intellectu circa ea quae sunt fidei.
Unde si quis ex odio Dei conculceret sanctissimam Eucharistiam,
aut praetio ipsi oblato aut propter timorem mortis ei incussum,
aut quavis alia de causa id aut aliud horrendum et execrabile
facinus admittat, si in intellectu non habeat errorern circa ea
quae sunt fidei, non est haereticus in foro conscientiae, neque
incurrit poenas haereticis statutas, in foro tamen exteriori punietur
non solum pro quan[ti]tate et qualitate criminis, sed etiam
tamquam suspectus in fide aut etiam tamquam haereticus vel
apostata nisi se legitime purgaverit, ut si ex Iudeis trahat origi-
nem et servet ritus et ceremonias iudaicas, aut si ex mahometanis
et servet ea quae sunt illius sectae. Caetera quae hic
dici poterant patebunt in sequentibus.

2^a requiritur ut erret perlitaciter. Quare esto quis erret circa
ea quae sunt fidei ex ignorantia crassa aut supina, ita ut
perceperit mortaliter, si tamen absit¹⁹ perlitacia, paratusque sit in
omnibus quae sunt fidei sequi iudicium Ecclesiae et ab ea non
dissentire. non est haereticus in foro conscientiae et subinde non
incurrit poenas haereticorum. Haec est communis Divi Thomae
sententia huc loco, art. 2 ad 3rd; q. 2, art. 6 ad 2nd; et 1 Cor.
11, lect. 4th; et ad Titum 3, lect. 2nd. et reliquorum doctrinarum;
Conec., 12 De locis, cap. 9 ad 5th. Torres, de Trinitate, q. 32
art. 4, p. 2nd. Castri, De iusta haereticorum punitione, lib. 1
cap. 7th; et dentique Jurisperitorum et Theologorum omnium

b. Ms. adiecit.

17. Véase la nota 13.

18. Véase la nota 13.

19. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II.II. q. 11. a. 2 ad 3; ed. Leodium, 8, 99 a.b.

20. Id. ib. q. 2. a. 6 ad 2; ed. v., 8, 23 b.

21. Id. In epistolatu primari ad Corinthios Commentaria, c. 11, lect. 4; ed. Villegas, 20, 725 a

22. Id. In epistolatu ad Titum Commentaria, c. 3, lect. 2; ed. Villegas, 21, 553 a.

23. M. CASO, *De locis*, I. 12, c. 7 ad 5 od Serry, c. 2, 204-208.

24. B. TORRES, *Commentaria de Trinitate mysterio*, q. 32. a. 4; II. 93v-94v.

25. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, I. I. n. 7; ed c. 1. 25v a.

Probatur, ex Augustino. epistola 162 ad Glorium et Eleusum et refertur 24, q. 3, cap. Dixit Apstolus²⁶, ubi inquit. qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt praesertim quam non audaciee sunt presumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsi parentibus acceperunt, quaerunt autem causa sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint. nequaquam sunt inter haereticos computandi. Et adversum Manichaeos. cap. Qui in Ecclesia, eadem causa²⁷; et qui in Ecclesia Christi, inquit, morbidum aliquid pravumque quid sapiunt, si correcti ut sanum rectumque (I. 215r) sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, haeretici sunt. Et in concilio Lateranense IV²⁸, capite Damnamus, de Summa Trinitate et fide catholica. damnantur tamquam haereticus qui praesumpserint defendere aut approbare errorem Abbatis Ioaehimi; praesumptio autem pertinacia est ad sensum explicandum aut radix illius; ipse etiam Abbas Ioaehim non demonatur sibi tamquam haereticus idque propterea quod dum errorem illum asseruit se et sua scripta subjecerit Ecclesiae Romanae, paratus stare iudiciorum illius. Capite etiam unico, de Summa Trinitate et fide catholica, lib. 6²⁹, damnantur qui negare praesumpserint aut temerario auseu assererent etc. Et in Clementina unica, paragrapho Porro eodem titulo, damnatur qui tenere pertinaciter praesumpserit etc.³⁰; quae omnia satis inniquant sine pertinacia neminem esse haereticum.

c. Ms: Lateranense 2. En Conciliorum omnium... t. 2 (ed. Crabbe, Colonia 1551) que es la colección de Concilios que parece manejaba Molina, aparece el Concilium Lateranense sub Innocencio III, en segundo lugar, como el segundo de Letrán (el primero, bajo Alejandro III). De ahí, sin duda, el que siempre lo cite como Lateranense 2.

26. AUGUSTINUS, Epistola 43 [162] ad Glorium, Eleusum, Felicibus, Grammatico, I, 1: PL 31, 160. C. I. C., c. 29, C. XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, 1, 998.

27. AUGUSTINUS, De Civitate Dei, I, 18, c. 51, 7-11: CC 48, 649: «Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correcti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, haeretici sunt et foras exeuntur in exercitibus inimicis». C. I. C., c. 31, C. XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, 1, 998.

28. Concilium Lateranense IV, constit. 2: De errore abbatis Ioaehimi: COED 232, 35-37. C. I. C., c. 2, X, de constitut., I, 1: ed. Friedberg, 2, 6s.

29. C. I. C., c. un., in Sexto. de Summa Trinitate et fide catholica, I, 1: ed. Friedberg, 2, 957.

30. C. I. C., c. un., in Clementinis, de Summa Trinitate et fide catholica, I, 1: ed. Friedberg, 2, 1139s.

At vero explicandum restat quid nomine pertinaciae intelligatur hoc loco. Ut vero Caletanus, hic, art. 2^o, optime notat et est communiter receptum, pertinacia in proposito non significat obstinationem seu obdurtationem, quae aliena esse solet a peccato ex passione per consensum cum transeuntem a qui peccato facile quis resipiscit transeunte passione, et de quo facile dolet. Sine huiusmodi enim obdurazione et obstinatione potest quis in haeresim incidere et ab illa per poenitentiam cito resurgere. Quod sit ut ad haeresim atque ut aliquis vere et proprio haereticus sit, neque diu curias temporis in peccato neque matinatio et obduratio requiratur, sed sufficiat instantaneus consensus modo plene sit deliberatus.

Ex communni ergo doctrinam quos superius citavimus sententia et plurimi aliorum, pertinacia quae requiritur et sufficit ad haeresim est quod quis sciens atiquid esse contrarium fidei prout Ecclesia Catholica seu Romana tradit et credit ea assentiatur [f. 215v] aut contra non disentijatur. Teneri itaque aliquid per consensum voluntatis qui quis scit esse contra fidem Ecclesiae et pertinaciter errare in fide et subinde esse haereticum, modo baptizatus sit, ut dicimus. Quare cum ad id, instantia sufficiat, sit ut in instanti possit quis fieri haereticus. Pertinacia ergo ad voluntatem pertinet, sed ut de ea modo loquuntur requirit notitiam intellectus, quod illud aversetur fidel, quem sequitur et tenet Ecclesia; tenere enim aliquid non obstante quod fidei et iudicio Ecclesiae repugnat, appellatur in proposito pertinaciter tenere et errare pertinaciter in fide; quia iudicium et sententia Ecclesiae cogita pluribus acqulpollet adiunctionibus.

31. THOMAS A VIO, *Commentarii in II. II.*, q. 11, a. 2: ed. Leonina, 3, 99 a. El texto de Cayetano dice así: «Et ex hoc patet quod pertinacia que ponitur de ratione haeresis non importat obdurationem seu obstinationem, ut distinguitur contra infirmitatem, passionem et transitorium seu levem consensum, sicut dicimus aliquem fornicari ex passione, vel ex cholera in malum aliquid, et non pertinaciter: sed sumitur pertinacia ut aequivalat vero consensui, praesupposita notitia quod sit error et quod sit in fide. Sive enim ex passione, sive ex infirmitate, sive ex quacumque alia causa perveniatur ad verum consensum in assensum propositionis contrariae fidei, cum cognitione quod sit contraria fidei, vera haeresis incurritur a Christiano. Nam talis est vere pertinax pro tunc est: quoniam cognoscit Ecclesiam praecipere quod teneat Christum esse verum Deum, et ipse non vult pro tunc sic credere». Hemos transscrito este texto porque creemos se entiende así mejor lo que dice el manuscrito cuyo texto parece estar incompleto.

Quod autem sufficit quod dictum est ad haeresim, atque ut aliquis haereticus sit ei dicatur, explicat optime Augustinus³² contra Donatistas, cap. 8³³, exhibito quodam exemplo. Et probatur praeterea, quia haeresis ab electione dicitur, atque ut a christianis usurpatur, est error seu existimatio contraria fidei quam quis sibi eligit, ut disputatione praecedenti fuit explicatum. Qui ergo modo explicato libere consentit errori quem videt fidei atque sententiae Ecclesiae repugnare, in haeresim inclit haereticusque esset. Et confirmatur, quia ut optime inquit Cajetanus³⁴, consensus similis circa ea quae sunt fidei sufficit ut actus assentiendi sit fidei et meritorius; ergo huiusmodi consensus circa ea quae quis advertit contrariare fidem Ecclesiae, sufficit ad hoc, ut actus assentiendi illis aut dissentiendo oppositis sit haeresis, cum etiam ut si qui ita assentitur aut dissentitur sit haereticus.

Merito autem paulo superius dictum est³⁵; modo, talis consensus sit plene deliberatus; quia ubi consensus omnino esset subrepititus, sine ulla deliberatione, aut non esset [c. 216r] plene deliberatus, sed semiplene dumtaxat, cum ubi nulla est deliberatio, nulla sit culpa. et ubi tantum est semiplena deliberatio non sit culpa mortalis, sed venialis, utique qui ita consentiret, non esset haereticus, neque incurriere; poenas stabilitas a iure, esto exterius prouferret sententiam fidei contrariantem. Et adverte quod aliud est pati cogitationes contrarias fidem, estne offerant intellectui tamquam veras atque cum motivis et persuasionibus quod verae sint et quae intellectum inclinare videantur ad assensum, et aliud consentire voluntate in illis et discernere illas sequi atque illis adhaerere. In hoc autem ultimum consistit peccatum haeresis, idque si consensus sit plene deliberatus, non vero in illis quantumvis tamquam veras se offerant intellectui; in negligentia vero in illis reprimendis et repellendis poterit esse culpa venialis, non vero est culpa mortalis; quin potius timor atque conscientia etiam cum merito illis patarentur, et cum Diabolus illis potissimum intendat perturbare conscientias atque ad amaritudinem illas pertuccere, impedireque devotionem, attentionem et applicationem ad exercitia spiritualia, insipidaque illa reddere, censurandum est timoratis bonitibus et

32. *AUGUSTINUS De Baptismo contra Donatistas*, 4, 23; CSEL, 51/1, 227. Puede, quizás, también referirse a ib., 4, 16, 23; ib., 240s.

33. Véase la nota 31.

34. Véase la pág. 190.

muliheribus, ut parvipendant huiusmodi cogitationes, utpote in quibus nullum sit periculum aut demeritum; et ut quando illas patiuntur, interdum cum hilaritate et contemptu Daemonis atque earumdem cogitationum ad laudandum Deum se convertant, deposita omni amaritudine et sollicitudine. Est etiam saepe utile consilium admunere ut de huiusmodi cogitationibus non confiteantur. Quod si aliquando dubium esset an ls qui consilium petit, consenserit in huiusmodi cogitationibus propterea quod nesciat se explicare neque sciat discernere inter consensum voluntatis et representationes [f. 216v] tamquam veras quas patitur in intellectu, aut inter consensum deliberatum aut indeliberatum, vel inter pertinaciam et impertinaciam, interrogandus est an etiam peratus tunc sit qui sententiam ac iudicium Ecclesiae in his quae sunt fidei, aut quid tunc responderet, si de hac re esset interrogatus. Quod si dicat se eo tempore fuisse paratum sequi iudicium Ecclesiae, aut quod interrogatus tunc id responderet, inclinandum est non habuisse consensum mortalem. Interrogandus item est utrum voluerit tum pati cogitationes illas aut eum poenituerit eas pati; et si dicat eum poenitusse quando illa patiebatur, censendum est illum non consensisse.

Tuxta ea que de pertinacia dicta sunt, colligunt Turres³⁵ et Canus³⁶, loco citato³⁷, a quibus Castrus, *De iusta haereticorum punitione*, lib. I⁴, cap. 10⁵ non dissentit, non soluti eum non esse haereticum in furo conscientiae, qui ex ignorantia crassa et supina et cum culpa mortali errat circa fidem, modo in universalis paratus sit in omnibus sequi iudicium Ecclesiae, sed etiam eum qui admonitus ab Episcopo aut inquisitore vel ab aliquo viro docto aliquid esse errorem in fide, ab eo non desistit, credens illos decipi modo non videat aut credit se discordare a fide Ecclesiae Romanae paratus Ipse sit illa in parte sequi iudicium Ecclesiae et deponere suum, ubi primum illi constitetur aliud tenere aut iudicare Ecclesiam. Patentur quidem praedicti autores eum qui ex ignorantia crassa errat in fide, et illa admonitus non resipiscit graviter peccare, superbumque contumacie atque insolentem esse,

d. Ms. Setys

35. Vésee la note 24.

36. Vésee la note 28.

37. Alfonso de Casan, *De iusta haereticorum punitione*, l. I, c. 10: cd c., f. 20r a-b.

imo non solum sapientem haereticum posse appellari, sed etiam in foro exteriori posse tamquam haereticum aliquando praesertim ignis punire, quia de illo iuste credi potest esse haereticum et pertinacem. illamque excusationem ostendere, ut tamquam haereticus non puniatur. Altamen quod dicitur est in foro conscientiac habuimus modi hominem haereticum [f. 217r] non esse neque poena haereticorum incurrire, quia non errat pertinaciter ad sensum explicatum, quandoquidem non errat contra id quod putat esse fidem Ecclesiae Romanae, sed contra id quod viri docti atque hi qui errare possunt affirmant et conantur persuadere esse fidem Ecclesiae. Confirmant vero Torres³⁸ et Carius³⁹ quod dictum est ex concilio Lateranense IV⁴⁰, capite Excommunicamus, extra, de haereticis⁴¹, ubi habetur: Excommunicamus [itaque] et anathematizamus omnem haereticum, extollentem se adversus [hanc sanctam, orthodoxam et] catholicam fidem, etc. Neque enim dictum est adversus omnes viros ducitos huius aut illius universitatis qui fallere et falli possunt ut aduersus hunc vell illum episcopum aut inquisitorem, sed aduersus catholicam fidem, ubi innuitur illum solum haereticum esse qui sciens repugnat fidel universalis atque Romanae Ecclesiae, tum etiam ex illo 1 Tim 6⁴² ubi Paulus de homine haeretico loquens ait: non acquiescat nisi sermonibus Domini nostri Iesu Christi, et si, quae secundum pietatem est, doctrinae; ubi Paulus non dixit non acquiescens sermonibus alicuius viri docti qui fallere et falli potest, sed Domini Iesu Christi.

Illud vero est hoc loco advertendum, cum Castro, capite illo 10 citato⁴³; quod si alicui ostendatur vel apertus et irrefragabilis locus Scripturae contra suum errorum, vel aperta deficitus Ecclesiae, quam non possint negare, et ex qua aperte convincatur, is tamquam haereticus est habendus et puniendus nisi constituto deponat errorem, neque postquam constat rem aliquam

c. Ms: Lateranense 2.

f. Ms. acquiescens.

38. B. TORRES, Commentarius de... Trinitatis mysterio, q. 32. a. 4. p. 4; f. 95v a.

39. Véase la nota 23. ed.c., pp. 211s.

40. C.I.C., c. 13, X, de haereticis, V, 1: ed. Friedberg, 2, 707.

41. 1 Tim 6, 3.

42. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, l. 1, c. 10: ed.c., f. 32v a-b.

constitutam et diffundam esse in Ecclesia audiendus est aliquis si dicat se velle ut iterum causa examinetur et expendatur auditio rationibus ipsius, factaque hac diligentia se velle parere definitioni Ecclesiae, sed statim tamquam haereticus est puniendus, hoc enim ipso dubitare videtur in Eccl[esi]ol. 217vjsia erraverit in ea definitione, quod error est in fide, eaque quae scilicet definita sunt ab Ecclesia non est opus novis discussionibus definiri. Unde Len 1, epistola 22, quae est ad Marcianum Augustum⁴³, circa ea quae in concilio Calcedonensi tractanda erant, sic ait: «Per Dominum nostrum Iesum qui regnus vestrum est auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram ut in praesente synodo fidem quam beati patres nostri ab apostolis sibi traditam praedicaverunt, non patiamini quasi dubiam retractari; et quae olim sunt maiorum auctoritate damnata, redivivis non permittatis comitibus exagillari». Gelasius item, capite Achatius⁴⁴ et capite Maiores⁴⁵ doctrinam quam probare intendimus aperte tradit. Cum enim Achatius haereticus conqueratur quod damnatus esset nulla ad id coacta synoda, scribit Gelasius ad illas damnationem non opus fuisse congregari synodum, quia in haeresitatem antea in Ecclesia damnatam incidit, neque debere de novo discuti quae scilicet ab Ecclesia constituta sunt.

Denique in furo exteriori qui protulerit errorem fidei contrarium, pensata qualitate personae quoad eruditionem et caeteris circumstantiis tum etiam qualitate erroris cum caeteris circumstantiis concurrentibus examinatoque si opus fuerit prolatum, indicandum est an cum pertinacia an pollus ex ignorantia ille profulerit et subinde utrum tamquam haereticus vel de haereticis suspectus, aut tamquam temerarius aut scandalosus vel aliqua alia pueris aut prorsus nulla puniendus sit. Nunc enim de haeretico quoad forum conscientiac potissimum disputamus.

Verum adversum id quod dictum est, cum videlicet qui ex ignorantia crassa errat in fide, quamvis mortaliter peccet, non

43. Ixo 1, Epistola 90, ad Marcianum Augustum, c. 2; PL 54, 933s: «Unde per ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram ut in praesente synodo fidem quam beati Patres nostri ab apostolis sibi traditam praedicaverunt, non patiamini quasi dubiam retractari; et quae olim maiorum sunt auctoritate damnata, redivivis non permittatis comitibus excitari».

44. C. I. C. c. 1, C. XXIV, Q. 1: cd Friedberg. 1, 956.

45. C. I. C. c. 2, C. XXIV, Q. 1: ib.

tamen haereticum esse, neque incurrire [I. 218r] poenas haereticis statutas, arguitur 1^a quia peccatum ex ignorantia ad eandem speciem pertinet: ad quam pertineret si cum plena scientia et cognitione committeretur, ut homicidium ex ignorantia crassa commissum ad eandem speciem peccati pertinet atque homicidium commissum cum plena scientia et si excommunicationis poena statuta esset homicidio, eam incurret qui ex ignorantia crassa aliquem interficeret; ergo qui ex ignorantia crassa errat in fide haereticus est perinde ac si cum plena scientia et cum pertinacia erraret, incurretque poenas haereticis statutas. Et confirmatur, quia peccatum quod quis committit dum ex ignorantia crassa errat in fide alicui virtuti opponitur, neque alteri quam fidei, cui infidelitas opponitur. Est ergo peccatum infidelitatis, et subinde ad aliquam infidelitatis speciem pertinet, neque ad aliam quam ad haeresim, quia neque ad paganismum neque ad iudaismum.

2^a; quia D. Thomas, 1 Cor 11, lect. 4th, ita inquit ab errore circa articulos fidei non possunt aliqui propter simplicitatem excusari quin sint haeretici, praesertim quantum ad ea quae Ecclesia solemnizat et quae communiter versantur in ore fidelium: ubi videtur innuere Divus Thomas quod qui crasse errat circa articulos fidei, haereticus sit.

Pro solutione horum argumentorum supponendum est in primis haeresim, paganisum et iudaismum non esse proprias species infidelitatis, ut q. 10, art. 5th ostensum est, sed differre inter se discrimine accidentalium. Deinde vero ad 1 argumentum dicendum est; admisso tote antecedente, neganda est consequentia. Et ratio est, quia non sicut homicidium significat et id quod conscientia patratum est, et illud quod ex ignorantia crassa est commissum, ita haeresis a qua quis denominatur haereticus significat et errorum [I. 218v] contrarium id est cum pertinacia, et errorum contrarium id est sine pertinacia, sed praeceps significat impositumque est ad significandum errorum contrarium ri-

46. THOMAS AQUINAS, *In epistolam primam ad Corinthios Commentaria*, c. 11, lect. 4; ed. Vives, 20, 725 a: «Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, praecipue quantum ad ea de quibus Ecclesia solemnizat, et quae communiter versantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, nativitatis Christi, et alia hujusmodi».

47. L. DE MOLINA, *Annotationes in Secundam Secundae divi Thomae*, q. 10, a. 5; Véase ArchTeolGran 42 (1979) 145ss.

del cum pertinacia atque ex certa scientia. Quo fit ut licet is qui ex ignorantia crassa errat peccatum eiusdem speciei, non tamen dicatur haereticus, neque incurrit poenas haereticis statutas in iure propter quod non comprehendatur nomine haereticus. Ad confirmationem dicendum est peccatum illud fidei opponi, tametsi neque sit tam grave peccatum sicut haeresis neque eo fides iniussa amittatur, quia non est necesse ut quocumque percato fidei aliquo modo opposito, fides detractio amittatur, ut q. 5, a. 3^o ostensum est. Admittendum est deinde contineri sub infidelitate, non tamen esse haereticum; sed reduci in baptizatis ad speciem haeresis eo tamen pacto quo haeresis species dicitur tamquam quid in haeresim tendens et cui ad rationem haeresis solum deest pertinacia.

Ad 2. dicendum est dictum illud Divi Thomae, et alia similia, intelligenda esse in foro exterius, quia in nutritiis inter fidèles non praesumitur in foro exteriori aliquem errare circa illos articulos sine pertinacia regulariter loquendo.

Ad 3. denique, quod requiritur ut aliquis haereticus sit, est quod sit baptizatus; qui namque baptizatus non est, est pertinaciter errat in fide, neque est neque dicitur haereticus, sed vel paganus vel iudeus. Nomen autem paganorum mahometani, idololatrei, aethnici et in universum omnes infideles, qui neque haereticus sunt, neque iudei comprehenduntur. Hi ergo qui baptizati non sunt, quamvis pertinaciter circa fidem errant non incurrit poenas ab Ecclesia haereticis statutas, tum quod haereticus non sunt, tum etiam quod Ecclesia ius non habeat eos puniendi.

Sunt qui velint ad rationem haereticus ulterius requiri quod non deserat totam fidem, sed confiteatur Christum. Si enim, inquit, Christum negat totaque christianum fidem deserat (saltem ea ex parte qua fides christianorum est) est baptizatus sit, non haereticus, sed apostata a religione (f. 219r) christiana dicitur, qualis fuit Julianus, et fuerunt plures alii. Unde controvenerunt doctores ultrum huiusmodi apostatae haereticus sint, an apostasia ab haeresi distinguatur specie. Sit ergo sequens disputatio.

**Litteri apostatae sint haeretici, an apostasia ab
haeresi distinguuntur**
Disputatio 3

Caietanus, hoc loco, articulo 1^o; Castrus, libro 1^o De iusta haereticorum punitione, capite 7^o (ubi retractat oppositam sententiam quam 1^o libro Adversus haereses, capite 9^o fuerat sequens); Paludanus, In IV, d. 13, q. 3, a. 3^o; Angelus, Verbo Apostasia^o; Hostiensis, cap. 1^o De apostatis^o; et Ockham, 1 p. Dialogorum, libro 4, cap. 12^o affirmant apostatam esse vere haereticum. Et probant id, primo quia si apostata non esset haereticus sequeretur hominem haereticum additione haeresum atque errorum desinere esse haereticum, ut patet si aliquis haereticus additione errorum deserat tandem totam fidem et sit apostata; nullus autem additione formae a qua denominatur talis, decinit denominari qualis antea denominabatur. Et confirmatur, quia in eo manent haereses atque errores a quibus antea haereticus denominabatur; ergo modo illam ab illis haereticus denominabitur.

2^o quia apostatis infligitur poena haereticis statuta in iure neque peculiaris mentio fit in iure aliquius poenae statutae huiusmodi apostatis a fide; ergo apostatae a fide haeretici sunt et cum haereticis computantur in iure. Et confirmatur, quia capite *Contra christianos, de haereticis*, libro 6. Bonifacius VIII^o

g. Ms. Ixira

49. THOMAS a VIO Commentarii in II. II., q. 11, a. 1: ed. Leonina, 8, 98 a.

50. ALFONSO DE CLAVERO, De Justa Punitione hereticorum, 1, 1, c. 7: ed. c., f. 25r.

51. In, *Adversus omnes haereses*, 1, 1, c. 9; Como dice el texto, en la primera edición. En la de Amberes 1565, f. 23v, dice: «Et ego aliquando ita sensi, atque ita in prima huius operis aeditione docueram. Nam istorum doctorum [Guido Carmelita, J. Torquemada, Silvestre Prierias] vestigia secutus in eandem, in quam illi, cecidi foream. Nunc igitur profundius (ut opus erat) rem contemplatus, deprehendi clarissime illas et me exsse».

52. PETRUS a PALUDE, Opus in Quartum Sententiarum, d. 13, q. 3, n. 19: ed. c., p. 158 b.

53. ANGELUS a CHIVASSO, Summa angelica carissim., v. Apostasia. Voticias 1525, f. 40r.

54. HENRICUS a SERVIO, Summa aurea, 1, 5, t. 1. De apostatis, n. 1: ed. c., f. 297v a.

55. GUILIELMUS OCKHAM, Dialogorum, 1, 4, c. 12. No hemos podido verificar esta cita. En todo el libro 4^o no habla Ockham de la apostasia.

56. C.I.C., c. 18, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1075.

inquit contra christianos qui ad ritum transierunt iudeorum esse procedendum tamquam contra haereticos, etiam si baptizati fuerint vel dum erant infantes [I. 219v] vel metu mortis, dummodo tamen non fuerint omnino et praeceps coacti. ita ut consensum non praebuerint baptismo, ubi ibiuit huiusmodi apostatas vere esse haereticos et tamquam haereticos esse puniendos. Contendunt vero hanc sententiam esse Divi Thomae quia quaestione praecedenti, articulo 5^a, tres tantum distinxit species infidelitatis penes huc quod est restituere fidei aut nondum susceptae, quam speciem appellavit infidelitatem paganorum: aut susceptae in figura, quam appellavit infidelitatem iudeorum; aut susceptae in ipsa manifestatione veritatis, quam appellavit infidelitatem haereticorum. Cum ergo huiusmodi apostatae fidei repugnat quam in baptismo suscepserunt, sit ut haeretici sint ex mente Divi Thomae.

Canis vero, 12 De Incis. cap. 9 ad 2^o, Turceremata, 4 libro Summae p. 2, cap. 13^m et quedam alii affirmant apostatam haereticum non esse, quin potius apostasiam esse infidelitatem ab haeresi specie distinctam. Quam affirmanit esse Divi Thomae, quaestione sequenti, art. 1^o ad 3^o: ubi ait apostasiam non importare determinatam speciem infidelitatis, sed recipere speciem a termino ad quem est motus recedentis a fide. Et eandem dicunt esse sententiam Augustini, 18 de Civitate Dei, capite 18 et libro 18 capitulo 3^o; Originis⁶² et Ambrosii, super caput 3 episto-

57. THOMAS AQUINAS, Summa Theologica, II.II, q. 10, a. 5 n: ed. Leonina, 8, 84 b.

58. M. CANO, *De locis*, 1. 2, c. 7 ad 2: ed. c., 1, pp. 195s.

59. JUAN DE TORQUISTANA, Summa ecclesiastica, I. 4, p. 2, c. 13: Salamanca 1560, p. 575 a: «Unde qui sic a fide Christi recedit, quod nihil de ea credit, et omnimode a Christi nomine et eius veritate recedit, proprie non est haereticus, sed apostata, quasi omnino recedens a consilio Christianorum: unde tales, qui nihil tenet de Christi doctrina, nec gaudent, nec volunt esse sub nomine christiano, proprie haereticus non sunt. Quia ut dicit Gre. 8. lib. moralium c. 25: Ora cur eosdem patres quos nos veneramus, laudant: sed intellectu depravato ipsi nos eorum laudibus impugnant? Haereticus ergo aliquid tenet de fide et nomine christiano, sub quo impugnat fidei veritatem. Unde Aug. 18. de civi. Dei. c. 5. dicit, Diabolus novit haereticos, qui sub nomine christiano doctrinæ resistunt christianaæ».

60. THOMAS AQUINAS, Summa Theologica, II.II, q. 12, n. 1 ad 3: ed. Leonina, 8, 104 b.

61. AUGUSTINUS, De Civitate Dei, I. 18, c. 18: CC 48, 608ss. La otra cita I. 18, c. 3, está equivocada. No hemos podido encontrar el pasaje a que corresponde.

62. ORIGENES, Fragmenta ex libro ad Titum, c. 3: PG 14. 1303 C — 1306 C.

iae ad Titum⁶³; Gregorii, 5 Morallum, capitulo 11⁶⁴; et Bedae, super capitul 17 Lucas⁶⁵, qui omnes eum appellant haereticum qui post professionem christiana fidei sub nomine christiano doctrinae Christi resistit. Probant praeferca suam sententiam, quia apostasia motus importat discedentis a fide; motus autem speciem sumit non a termino a quo, sed a tertmino ad quem, ut D. Thomas⁶⁶, in solutione citata, dicit. Quando ergo apostata ad iudaismum discedit, speciem infidelitatis iudacae acquirit; et quando (f. 220r) ad paganismum, speciem infidelitatis pagorum. Quo fieret ut si omnis apnstanta fuerelictus esset, apostasia unius et eiusdem ad duas species proxime collucatas sub eodem genere pertineret, numerum ad haeresim et iudaismum aut ad haeresim et paganismum, quod est absurdum.

Ut vero dicam quid sentio, sit prima conclusio: Apostatae omnes pueras haereticorum incurvantur. Haec est receptissima, et quamvis ut Canus ait⁶⁷, non sit necesse omnia quae statuta sunt in Ecclesia scripta esse vel in decretis vel in conciliis, sed satis esse quod quaedam usu et traditione servantur, nihilominus putpoenas in decretis haereticis statutas, extendi ad apostatas atque de eis tamquam de haereticis intelligi. Et hoc supponet Bonifacius VIII capite illo citato⁶⁸; ibi enim non quaerebatur an peniae haereticorum extendendas essent ad apostatas, et an apostatae tamquam haeretici essent puniendi, sed an illi tamquam haeretici essent puniendi qui vel ante usum rationis vel inviti erant baptizati. Et ratio dubitandi erat, quia cum non propria voluntate aut non sua sponte, sed coacti baptizati essent et professi essent, idem dubium erat an perinde tamquam haeretici essent puniendi, ac si sua sponte ac propria voluntate professi essent fidem et respondet Summus Pontifex quod esto baptizati fuerint ante usum rationis, vel inchoo mortis, dummodo tamen consenserint in baptismis, puniendi sunt tamquam haeretici, quia cum revera christiani facti sint, tenentur servare fidem quam

63. AMBROSIASTER. Contradictorius in XXXI epistolas Paulinas, ad Titum, 3, 9-11. PL 17, 531r.

64. GREGORIUS I, Morallum in Joh. 1, 5, c. 12: PL 75, 604s.

65. BEDA VENERABILIS, In Lucum, c. 17, 1-14 CC 120, 707-313 Habla de la fe y las obras, del exorcismo, etc.

66. Véase la nota 60.

67. Véase la nota 58.

68. Véase la nota 58.

sunt professi; et Ecclesia cum ad suam rem publicam pertineant, ius habet puniendi illos, si retrocesserint, perinde atque alios christianos. Quare textus ille si recte inspicatur, favet maxime sententiae eorum qui dicunt apostatas esse haereticos.

2^a conclusio: Sicut paganistus et iudaizans ab haereticis (220v) resi specie non distinguuntur proprie inquendo atque in genere moris, ita neque apostasia ab haeresi. Haec patet ex dictis q. 10 art. 5^o; et eam probant argumenta pro opinione Cajetani et Castri. Et adverte quod apostasia non dicit praecise leviditatem ad terminalium ad quem nimis ad infidelitatem, sed simul dicit recessum a termino a quo tali, nimis a fide professa per baptismum cum omnimoda derelictione illius.

3^a conclusio: Cum nomina ad placitum significent vocabulum haereticus duobus modis sumitur, altero late pro eo qui cum sit baptizatus pertinaciter errat in fide, sive quoad omnia eam deserat sive non. Hoc modo omnis apostata est haereticus, sed non contra. Atque ita sumpsit nomen haereticum Bonifatius VIII, capite llio citato⁷⁰, et sumunt iura quae statuunt poenas haereticis. Altero modo sumitur preceps, ut distinguitur contra apostatam; et hoc modo is solum haereticus dicitur qui cum sit baptizatus, pertinaciter errat in fide non deserendo eam omnihi, sed protinendo Christum. In hac acceptione apostatae non dicuntur haeretici. Hanc conclusionem aperte innuit Sylvester, verbo Haeresis. 1^a, q. 8, paragrapro 4^o, et iuxta eam neque ipse neque Cajetanus sunt sibi ipsis contrarii, ut quidam affirmant. Augustinus ergo et reliqui patres citati vel loquuti sunt de haereticis in posteriori acceptione, vel certe ad haereticos qui apostatae non erant, sermonem accommodaverunt.

Circa I argumentum pro opinione Cajetani, adverte quod quando nomen aliquod non significat absolute aliquam formam, sed praecise quando habet aliquam conditionem adfunctam non est inconveniens quod forma illa additione et multiplicatione sui desinat denuminari ut significatur tali nomine, ut apud eis qui

70. Véase ArchTeolGrau 42 :1979: 149ss.

71. Véase la nota 56.

72. STEVENS DE PUERUS, Summa Grammatica, v. Haeresis i, q. 2, n. 4: ex. c., p. 478 b.

dicunt habitum et dispositionem distingui specie, eadem forma quae antea dicebatur [f. 221r] dispositio, addicione et multiplicatione sui desinit dici dispositio et appellatur habitus; et simile quid cernitur in proposito si nomen haeretici restringetur ad significandum solum cum qui cum sit baptizatus, et erret pertinaciter in fide, non deserit totam fidem.

Ad reliqua argumenta non necesse est respondere sed solum advertere varia illa dicta quae citantur ex Diva Thoma satis ostendere non esse veras species infidelitatis quae iuxta sententiam ipsius communiter assignantur.

Solutio quorundam dubiorum circa haec hactenus dicta Disputatio 4

Circa haec hactenus dicta dubitatur 1^a de cathacumeno qui nondum suscepit baptismum, habuit tamen firmum propositum illum suscipiens; utrum si talis erret in fide post huiusmodi propositum, sit haereticus et tamquam talis puniendus ab Ecclesia? Cuslrus, De iusta haereticorum punitione, libro 1^a, capite 8^a, affirmit; et fundamentum illius est quod ille iam est intra Ecclesiam, et pars illius ac membrum Christi, ut pacet, quia cum illo propositu poteat salvare propositumque illud appellatur baptizatus flaminis et sufficit ad salutem. ubi non est copia suscipiens baptismum fluminis. Cum ergo extra Ecclesiam non sit salus fit ut ille iam sit de Ecclesia et subinde ut Ecclesia tamquam partem sui quae se illi subiecit, possit illum punire si per extremum pertinacem a veritate fidei discedat. Et confirmatur hoc ex capite *Venientis*⁷² et capite *Apostolicam*⁷³, de presbitero non baptizato, ubi habetur non solum per sacramentum fidei, id est, baptismum, sed etiam per fidem sacramenti fieri aliquem membrum Christi. Quare cum per fidem sine sacramento baptismi efficia-

b. Ms. omis.

72. ALVARO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, I. I. c. 8, prius dubium; ed.c., f. 26.

73. C.I.C. c. 3, de presbytero non baptizato, III 43; ed. Freiberg, 2, 649a.

74. C.I.C. c. 2, de presbytero non baptizato III 43; ed. Freiberg, 2, 648.

tur aliquis membrum Christi, sit ut efficiatur etiam membrum Ecclesiae, et subinde ut Ecclesia ius habeat in eum.

[I. 221v] Si nihilominus haec conclusio: *Licet negandum non sit praedictum cathecumenum graveti peccato infidelitatis peccare quam si assensum fidei et propositum baptismi non fuisse perductus, attamen non esset haereticus de quo iura loquuntur, neque incurrit poenas haereticorum, neque Ecclesia ius habet illum puniendi aut compellendi suscipere baptismum. Primum patet ex illo 2 Petri 2⁷⁵: *Melius [enim] erat illus non cognoscere quam iustitiae, quam post agnitionem, retrosum cœliverbi. Secundum vero probatur, primo, quia ob id baptismus aquæ iactua Ecclesiae et fundamentum sacramentorum dicitur quia eo se subiectus homo Ecclesiae et praeceps illius et obligat se ad totam legem et fidem servandam quam tunc proficeret se amplecti; unde ibi recipit characterem christianitatis et ex tunc capax fit sacramentorum, ut patet ex toto libculo de presbitero non baptizato⁷⁶, atque ex tunc tenetur servare praecepta Ecclesiae, et antea non, ut latius diximus, q. 1, art. 10, disp. 1, in solutione cuiusdam 2 argumenti⁷⁷. Fit ergo ut ante susceptiorem baptismi Ecclesia non habeat ius ultro puniendi aut compellendi ad baptismum, neque sublaceat excommunicacioni aut alicui alteri poenae in iure haereticis statutae.**

2.⁷⁸ in eum qui non est neque fuit pars Ecclesiae, Ecclesiae non habet ius, sed fieri potest ut huiusmodi homo nullo modo sit aut fuerit de Ecclesia tamquam pars illius, etiamque propositum habeat suscipiendi baptismum; ergo Ecclesia non habet ius puniendi aut compellendi huiusmodi hominem et per consequens non subiacet censuris et poenis ecclesiasticis. Major et consequentia videntur notae. et miror probatur, quia nullus efficitur pars Ecclesiae nisi ratione characteris aut fidei infusae, hic autem non habet characterem cum non sit [f. 222r] baptizatus, et fieri potest ut esto habeat propositum firmum suscipiendi baptismum, et assentiatur omnibus quae tenet Ecclesia, non habebit iuridicu[m] fidei infusioni, quia ut I. II., q. 62, art. 4⁷⁹ visum est,

75 2 Pe 2, 21.

76 Véase la nota 74.

77. Véase ArchTeolGran 41 (1978) 157s

78 L. DE MOLINA *Expositiones in primaria secundaria dini Thomae*, q. 60, a. 4, 2. enigmo.: cod. c. (nota 89), f. 205r-v.

ante baptismum habitus fidei non infunditur cathecumens si sint solum attriti de peccatis mortalibus praeteritis. sed solum quando ultimo se disponunt ad gratiam; ergo fieri potest ut huiusmodi cathecumens neque membrum sit Christi neque pars Ecclesiae.

3.^a Per propositum profitendi et se sublicetudi atque obligandi non manet quis subiectus atque obligatus, neque is cui se sublicere et obligare proponit comparat ius in eum; sed baptismus fluminis est quo quis profitetur fidem christianam et se sublicet et obligat Ecclesiae; ergo per propositum auscipiendo baptismum nondum manet obligatus Ecclesiae, neque Ecclesia comparat ius in illum.

4.^a Communis sententia doctorum est ad rationem haeretici requiri ut sit baptizatus; cum ergo nomine baptismi scilicet baptismus fluminis absolute loquendo intelligatur. Et si alquis baptismum etiam flaminis intellexisset, id utique astrinxisset et explicasset. sit ut de ratione haereticis de quo loquimur atque ad quero compellendum et puniendum nos habeat Ecclesia christiana iuxta communem doctrinam sententiam. requiratur ut sit baptizatus baptismio aquae. His omnibus accedit non baptizatum non posse excommunicari iuxta communem sententiam et expresse de cathecumeno id affirmat Navarrus in *Manuale*, capitulo 27 numero 13^o et in repetitione paragrapho in *Levitico* prope finem fol. 337^o, ubi nobiscum cum opinione quam hic adversus Castrum defendimus, postquam haec scripsimus, invenimus eum convenerre.

[f. 222v] Ad fundamentum ergo Castri dicendum est, quod licet cathecumens ille possit esse per solam fidem membrum Christi atque pars Ecclesiae christiana (imperfecte tamen), ut probant illa quae adiecit, atque ob id gravius peccet pertinaciter errando in fide. non est tamen perfecte intra Ecclesiam neque de Ecclesia christiana, ad hoc ut potiri possit caeteris sacramentis illius, atque ad hoc ut illi subjiciatur et illa vim ener-

L. Ms. Fluminis Quiza quis egrible nomenclatura tal y como está en el ms., el sentido de la frase no queda claro.

79. MARTIN DE AZPILCUETA, *Manuale confessariorum*, c. 27, n. 13; ed. Operaria, I. 1. Roma 1590, p. 460.

80. In, *Commentarius de anno iobelaeo*, § in *Levitico*, sub cap. Quis nūquando de picent., dist. 1. ed. c., t. 2. pp. 94a.

citivam et punitivam habeat in eum. quo usque fidem illam profiteatur per baptismum quo se subilicit et obliget Ecclesiae. Cornelius enim et caeteri iusti qui erant de ovili legis naturae, tum etiam iusti qui erant de ovili iudeorum ante sufficientem promulgationem Evangelii, membra erant Christi et partes Ecclesiae universalis; Ecclesia tamen christiana ius non habebat illos compellendi aut puniendi antequam per susceptionem baptismi se illis subiicerent atque profiterentur et amplecterentur fidem christianam. Quare non est inconveniens quod post fundatam Ecclesiam christianam alquis sit membrum Christi aut etiam imperfecte de Ecclesia christiana et tamen Ecclesia nondum ius habeat puniendi illum.

Maius dubium est de eo qui putabatur et putabat se esse baptizatum, et tamquam talis conversabatur in Ecclesia. Del et parrebat praecepsis Ecclesiae. atque suscepiebat sacramenta, et postea contuperit eum non esse baptizatum, qualis erat praesbiter ille de que est sermo in titulo de praesbitero non baptizato³¹; utrum inquam huiusmodi compelli possit ad suscipendum baptismum quando comperitur eum non esse baptizatum, et utrum sit haereticus et tamquam talis puniendus si pertinaci[1. 223r] eiter erret in fide antequam baptizetur? Ad hoc in primis respondet, quod ut Innocentius III, cap. Veniens³², de praesbitero non baptizato, inquit, si natus est de christianis parentibus et inter Christianos fideliter est conversatus tam valenter prae sumitur quod fuerit baptizatus, ut haec prae sumptio pro certitudine sit habenda donec (ut addit) evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur. Quare licet minora, quam evid entia, argumenta sufficient ad hoc ut sub conditione baptizetur propter periculum ne forte non sit baptizatus, atque ita privetur tanto bono et commoditatibus quae baptismum coniun tur, non tamen sufficient ad hoc ut in foro exteriori et conscientiae non sit compellendus ad retinendam fidem et tamquam haereticus non sit puniendus si pertinaciter in ea erraverit.

Respondeo deinde quod cum talis tamquam tradidisset se ipsum aut traditus et subiectus esset Ecclesiae per baptismum sus

31. Vtisse la nota 74.

32. C.I.C., c. 3, de presbitero non baptizato, III, 43: ed. Freiburg, 2. 648s

ceptum, sua sponte illi paruerit ac voluerit ei esse subiectus, potitusque fuerit bonis et regimine Ecclesiae usque ad tempus quo, incipit constare ipsum non esse baptizatum, maior est ratio quod compelli posset ab Ecclesia et puniri si errat per inachter aut omnino deserat fidem, quam si esset purus cathecumenus, maxime si antea qualcum est de se tradidit et subiecit se Ecclesiae per baptismum quem putabat se suscipere, attamen vel malitia vel negligentia conseruentis, quia non habuit intentionem vel non applicavit debitam formam aut debitam materia, non fuit vere baptizatus. Ut tamen verum fatear, mihi non est certum utrum talis revera sit subiectus Ecclesiae ita ut compelli et puniri ab ea possit. Ex communī vero doctorum sententia videatur dicendum [f. 223v] quod neque sit neque esse possit excommunicatus antequam baptizetur. Quod si aliquid certius nulli aliquando occurrerit in hac materia illud lunc dicam.

Aliud dubium est de eo qui vere esset baptizatus, sed antequam ad annos discretionis perveniret, captus esset ab infidelibus atque inter eos esset nutritus, utrum, inquit, si hic pertinaciter errat circa fidem christianam sequendo sectato infidelium inter quos est nutritus, sit revera haereticus atque tamquam talis puniendus, si a nostris capiatur? Castrus, loco citato²², respondet negative, nisi prius ei fides nostra proponeretur et explicaretur a nostris et ille reinviceret eam acceptare.

Sit vero prima conclusio: Ecclesia ius habet puniendi eum pro qualitate criminis infidelitatis quod commisit in eo quod se queretur sectam infidelium, et nostram fidem non fuisse amplexatus. Haec patet, quia est baptizatus et vere fuit pars Ecclesiae christiana, in quem propria Ecclesia ius habet ut et in reliquos baptizatos haereticus vel apostatas.

2.^a conclusio: Ille revera haereticus est vel apostata dummodo sallē in decursu temporis sit in eo pertinacia, id est, videat se non sequi fidem christianam atque Romanæ Ecclesiae, et praeterea dummodo in eo non sit ignorantia invincibilis quae excusat eum a peccato mortali infidelitatis. Quare revera est excommunicatus de Cœna Domini, nisi etiam ignorantia invincibili huius

²². Véase la nota 72.

pocula statutae haereticis et apostatis ab ea excusetur iuxta ea quae diximus I. II., q. 76, art. 3. disp. ultima⁸⁴. Haec probatur, quia convenientur ei omnia quae disp. 2nd dicta sunt, requiri et sufficere ut aliquis haereticus sit aut apostata. quare talis vere erit [f. 224r] incurretque excommunicationem haereticis et apostatis statutam, nisi ignorantia invincibili talis poenae excusetur.

3.rd conclusio: Illustrodi apostata ante usum rationis captus et inter infideles nutritus cum ad nos pervenerit, prius videtur instruendus in fide et charitatively monitus ut resipiscat et converatur ad fidem et si consentiat absque ulla (ut Castrus, loco citato⁸⁵, ait) aut levi admodum poenitentia recipiendus videtur in Ecclesia. Quod si disentiat, tunc tamquam haereticus est puniendus.

4.th conclusio: Idem censendum est de filiis haereticorum nutritis inter haereticos, si tamen inter eos sit verum baptisma. Hic enim omnes ad libertatem Ecclesiae pertinent, immo fuerunt partes Ecclesiae atque in gratia constituti si ante usum rationis fuerunt baptizati. Quare cogendi sunt ad fidem, vereque sunt haeretici et excommunicati, nisi ignorantia, ut dictum est, excusentur. Illud vero est advertendum quod ubi haeretici permisi sunt catholici, ut sunt hodie in Germania, Gallia et Anglia, si quis adulterus inter eos natus a nutritis caperetur, puniendus esset statim tamquam haereticus, quia non habet tustam causam excusationis propter ignorantię ut cum eo militius agatur. Quod si proprio motu converteretur ad fidem, tunc militius cum eo esset agendum. Quod ergo paulo ante diximus de baptizato qui ante usum rationis caperetur et nutritur Inter infideles intelligendum est quando inter eos non essent catholici a quibus addiscret ea quae sunt fidet. Verum haec prudenciae ludicum committenda sunt, qui pensatis omnibus circumstantiis ludicare atque statuere potestas debent.

84. L. de MOLINA, *Expositiones in primam secundae divi Thomae*, q. 76, 2; Bibl. Nac. Lisboa, Fundo Geral, cod. 2804, f. 293r-300r, In, *Annotationes in II. II. sancti Thomae*, q. 2, aa. 5-8, disp. 2; ArchTeolGran 42 (1979) 96s.

85. Véanse las pts. 193-202 (545-551).

86. Véase la nota 72.

Utrum baptizatus dubius in fide sit haereticus

Disputatio 5

Canis, 12 De locis ad 4, cap. 9^o et quidam illi [f. 224v] licet confiteantur eum qui pertinaciter in fide dubitat mortaliter peccare amittereque habitum fideli infusum merituque tamquam haereticus in foro exteriori damnari prupterea quod praesumatur haereticus, raroque aut rursum mortaliter inquendo contingat, ut huiusmodi homo non habeat permixtum errorem aliquem in fide cui pertinaciter adhaereat; arbitrantur tamen dubium pertinaciter in fide haereticum non esse et subinde in ea videntur esse sententia, huiusmodi hominem si aliquando dereliquerit sine alio errore in fide non incurriere in foro conscientiae poenas a iure haereticis statutas.

Et argumentantur 1.^o quia haeresis est error catholicue veritati contrarius; sed error est assensus vel dissensus falsus; cum ergo qui dubitat neque assentiat neque dissentiat, sed haeret anicepsque sit, sit ut quod dubitat, quamvis cum pertinacia dubitet, haereticus non sit.

2.^o Haeresis contrarie opponitur fidel, non per negationem aut privationem; at dubitatio cum neque assensus sit neque dissensus non opponitur contrarie actum fidel, qui procul dubio assensus est, sed privative; ergo dubitatio cum pertinacia haeresis non est, et subinde non facil eum qui dubitat haereticum.

3.^o Hieronymus super caput 10 ad Titum et 5 ad Galatas⁸⁷ et refertur capite Haeresis, 24, q. 3^o: Haeresis, inquit, ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem. Et Augustinus, De utilitate credendi ad Honoratum, capite 1.^o⁸⁸, et refertur capite Haereticus eadem causa et quaestione⁸⁹: Haereticus, inquit, est qui falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur; sed qui dubitat neque disciplinam eligit neque opinionem falsam sequitur aut gignit; ergo dubius in fide, esto adhuc pertinacia, non est haereticus.

87. M. Cano, *De locis*, I, 12, c. 7 ad 4; ed. c., 2, 198-204.

88. Несторий, *Commentarii in IV epistolas Pauli, ad Titum, c. 10*: PL 26, 603 A. Id., ib., ad Galatas, c. 5, 1921: PL 26, 506.

89. C.I.C., c. 27, C. XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, I, 897a.

90. AUGUSTINUS, *De utilitate credendi ad Honoratum*, c. 1: CSEL 25/1, 3, 89.

91. C.I.C., c. 28, C. XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, I, 898.

[f. 225r] Sit nihilominus haec conclusio: Dubitare pertinaciter in fide haeresis est, et qui ita dubitat haereticus, et subinde non solum amittit habitum fidelis infusum, sed etiam incurrit menses poenas in iure haereticis statutas, modo qui ita dubitat baptizatus sit. Haec est Castri, De iusta haereticorum punitione, lib. 1., cap. 7^o; Torres, De Trinitate, q. 32, art. 4, p. 3^o; Ioannis Andreae¹ et Panormitanus², cap. 1^o de haereticis; Gabrielis, lib. 3, d. 28, q. 2, art. 3, dub. 2^o; Sylvastri, verbo Haeresis 1^o, q. 3^o; plurimum aliorum. Vide etiam Turrecrematam, lib. 4 Summae, p. 2, cap. 12^o.

Pro intelligentia tamen conclusione adverte in primis quod ut aliquis dubius in fide aliqua ea ratione haereticus sit, requiritur ut plena deliberatione consentiat voluntate in dubium. Unde ex parte intellectui se offerat tamquam dubium et ambiguum aliquid quod est de fide, et esto simul se offerant difficultates et motiva quae tamquam dubium immo et impossibile illud repraesentent intellectui et quae ad id inellbare videantur intellectum (unde quasi tepiditas quaedam ad ea quae sunt fidei cum tristitia quendam et metu ne forte non ita sc̄ habeant solent oriri, quae minus promptum et habilem reddere solent hominem ita affectum ad elicendum assensum fidei, maxime si melancholicus, timidus et scrupulosus sit) si tamen huiusmodi homo voluntate non consentiat plena deliberatione in dubium ita oblatum et ortum in intellectu, ut voluntate velit illud sequi, et habere rem ita oblatam tamquam dubiam et incertam, neque peccat mortaliter neque appellandus est dubius in fide aut haereticus; poterit quidem esse peccatum veniale in negligencia in [f. 226v] reprimendis et repellendis huiusmodi cogitationibus ex quibus naturaliter ortur praedictus timor cum tristitia et minore promplitudine ad assen-

92. ALFONSO DE CASIUS, *De iusta haereticorum punitione*, l. 1, c. 7; ed. c., f. 24 a.

93. R. TORRES, *Commentaria de Trinitatis mysteriis*, q. 32, a. 4, p. 3, assert. 5; f. 94r-94v.

94. IOANNES ANDREAS, *In Quintum Decretalium librum Commentarius (quae Novelles appellantur) constitutus*, tit. de haereticis, c. 1; Venecia 1581, f. 45 b.

95. NICOLAUS TUBESCHI [abbas Panormitanus], *Commentario in Quintum Decretalium librum*, tit. De haereticis, c. 1; Venecia 1617, f. 115.

96. GABRIEL BIEL, *Collectorium et Epithome...* in 3, d. 23, q. 2, a. 1 P; ed. c. (Lyon 1514), s. f. (I, iii).

97. SILVESTRUS DE PERALTO, *Summa multuarum*, v. Haeresis 1, q. 3; ed. c., p. 478 a.

98. J. DE TORQUESADA, *Summa Ecclesiæ*, l. 4, p. 2, c. 12; ed. c. (nuta 59), p. 574 n.b.

sum fidei, plus vel minus pro vivacitate cogitationis et motivorum quae se offerunt intellectui, et pro qualitate complexionis et dispositionis cultusquam: attamen non erit peccatum mortale ante plenum consensum deliberatum voluntatis, quo tecum ita oblatam habere vellet termini dubiam, quin potius in viris timoratis perpessio huiusmodi cogitationum et suggestionum daemotolis solent esse cum merito, idemque censendus est de huiusmodi cogitationibus, quod de similibus diximus disp. 2 disserentes de haeresi⁹⁹. eademque sunt illis remedia adhibenda.

Adverte deinde requiri praeterea quod consensus huiusmodi deliberatus in dubium circa ea quae sunt fidei, sit cum pertinacia, hoc est, quod sciens aliquis et prudens aliquid esse de fide iuxta id quod tenet Ecclesia Romana, vult dubitare circa illud. Quare si cum ignorantia etiam crassus aut cum inadvertentia quod aliquid sit de fide, dubitet quis circa illud, neque dubius in fide neque haereticus dicetur, iuxta ea quae disp. 2 dicta sunt¹⁰⁰.

Illud praeterea adverte quod si aliquis baptizatus sciens aliquid esse de fide, cum consensu deliberato dubitet circa illud, re vera est haereticus, undercutumque proveniat consensus sive ex passione sive ex infirmitate etc. Incurritque poena haereticorum si dubium protrumpat in actum externum aut manifestetur exterioris. Hoc advero propter quosdam dicentes dubium ex infirmitate non efficere aliquem haereticum; licet enim pati ex infirmitate huiusmodi cogitationes non faciat aliquem haereticum ante consensum deliberatum in quo consummatur et consistit primo peccatum mortale in hac materia, attamen ubi adesti [f. 226r] huiusmodi consensus sive ex infirmitate sive ex alia causa pruveniat, continuo homo esset haereticus.

Adverte etiam quod licet illicitum sit dubitare de his quae sunt fidei, et subinde utrum aliqua pars Scripturae sit vera, attamen ubi non constat quis sit sensus illius ab Spiritu Sancto intentus illicitum non est dubitare utrum hic aut ille sit sensus illius Scripturae, et quando neque ex illo neque ex alio loco constat talum sensum intentum esse ab Spiritu Sancto, non erit haereticus qui de veritate illius sensus dubitaverit.

99. Véanse las págs. 187s.

100. Véanse las págs. 188s

Conclusio ita explicata, probatur primo ex cap. I^o, extra, de haereticis¹⁰¹, ubi Stephanus papa ita inquit: Dubius in ille infidelis est. Canus, loco citato¹⁰², respondet intelligendum esse non secundum rei veritatem, sed iuris fictione atque praeceptione, quod inquit satis ostendit capite 2¹⁰³, quod proxime sequitur, in eodem titulo, ubi Leo papa inquit: Qui alios, cum potest ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat. Et Gregorius, capite Consentire, d. 83¹⁰⁴ ait: Consentire videtur erranti, qui ad rescanda, quae corrigi debent, non occurrit. Et Innocentius, capite Error, eadem d.¹⁰⁵. Error, inquit, cui non resistitur, approbatur, et veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Quae omnia secundum praeceptionem intelliguntur, ut res ipsa aperte demonstrat, et patet ex eo quod in hoc ultimo capite subiungitur: Neque caret, addit Innocentius¹⁰⁶, scrupulo societatis occultae, qui manifestu facinori desinit obviare. Licet autem respiciam haec Canis non facile impugnari queat, attamen neque videtur esse mentem Stephani papae, neque ita caput illud exponunt doctores.

2^o probari solet conclusio ex Concilio Viterbiensi¹⁰⁷, clementina unica de summa Trinitate et fide catholica, paragrapho Porro¹⁰⁸, ubi ita habetur: doctrinam omnem seu positionem, temereasse [f. 228v]rentem aut vertentem in dubium quod substantia animae rationalis vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati fidei catholicae inimicam sancto concilio approbante reprobamus. Ubi perinde tamquam erroneous et contrarium fidei reputetur asserere aliquid contrarium fidei ac vertere in dubium quod est de fide. Ad huc respondet Canis¹⁰⁹ quod quidquid aliquo modo fidei adversatur erroneous et iniurium fidei appellatur, et ob id dubium in fide quod suo modo adversatur fidei, sed non contrarie perinde ac heres, appellatur erroneous.

101. C.I.C., c. 1, X, de haereticis, V, 7; ed. Friedberg, 2, 778.

102. M. CAPO, De fidei, I, 12, c. 7 ad 4; ed. c., p. 292.

103. C.I.C., c. 2, X, de haereticis, V, 7; ed. Friedberg, 2, 778.

104. C.I.C., c. 3, D. LXXXIII; ed. Friedberg, 1, 294.

105. C.I.C., c. 3, D. LXXXIII; ed. Friedberg, 1, 293.

106. In, ib.; ed. Friedberg, 1, 294.

107. Concilium Viterbiense, decret. I: CXIeD, 36ns: «Petro doctrinam omnem seu positionem temere asserentem aut vertentem in dubium, quod substantia animae rationalis seu intelligentiarum vere ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam ac veritati catholicae fidei inimicam praedicto sacro approbante concilio reprobamus...».

108. C.I.C., c. 10, in Clementinis, de summa Trinitate et fide catholica, I, 1; ed. Friedberg, 2, 1123.

109. M. CANO, De fidei, I, 12, c. 8; ed. c., 2, pp. 222-225. Véase también la nota 102 (ed. c., 2 210s) y el I, 12, c. 6; ed. c., 2, 185-190.

et inimicum fidei; concilium autem ad innuendum quod dubium in fide non constitutat aliquem haereticum perinde aliquid error pertinet; contrarius fidei subiuxisse; diffinientes quod quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter praesumpserit quod anima rationalis non sit forma corporis humant, tamquam haereticus sit habendus, ubi de dubio hac in parte nihil tale statuit, propterea quod dubium non constitutat aliquem haereticum, sed certe cum de dubio in eadem materia constituerit concilium esse erroneum atque inimicum fidei, perinde vult tamquam haereticum habendum esse eum qui tamquam rem uncertainitatem vertit in dubium an anima rationalis sit forma corporis. atque eum qui defendit non esse, neque opus fuit concilium id repetere.

8. probatur, quia ex Augustino in Enchiridion, cap. 17 et 19¹¹⁰, errare est approbare falsa pro veris aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis; sed qui in fide dubitat habet certa pro incertis; ergo errat in fide; ac prouinde si adsit pertinacia, erit haereticus. Ad hoc respondet Canus maiorem esse veram, si id fiat asserendo aut negando, assentiendo aut dissentiendo. quod non cernitur in dubio in fide, quandoquidem neque assensum habet neque dissensum, unde, inquit, non proprio dicitur [I 227r] errare in fide, nisi forte ia etiam errare dicatur qui sagittam non mittens scopum non attingit.

Unum vero est quod hic advertamus adversus Canum, unde res haec tota dilucidior reddetur: dubium videlicet in fide non peccare peccato omissionis contra fidem, quasi solum per negationem aut privationem peccare atque adversari fidei dicatur, quod Canus in suis argumentis et solutionibus saepe supponit, sed peccare peccata commissionis per actum positivum intellectus quo dubitat consentiente voluntate, sine actu etiam intellectus quo res fidei non solum apprehendatur tamquam incerta, sed etiam tamquam talis habeatur consentiente voluntate. Qua de causa intellectus neque assensum neque dissensum circa rem ita existimatam elicit, non dicitur quis dubius in fide, ut patet de illo qui de re fidei nihil cogitat aut non cogitet, non tamen habet eam tamquam incertam; talis enim licet neque assentiat neque dissentiat, sed habeat se negative non dicitur dubitare in fide. Dubium ergo in fide habitus est intellectus consen-

110. AUGUSTINUS. Enchiridion ad Laurentium. c. 17 et 19: PL 40, 218-221.

tiente voluntate, quo res fidei habetur tamquam incerta, et ob id neque est assensus neque dissensus ulterius circa illam; quare positive et non per negationem aut privationem repugnat fidei, estque assensus falsus qui directe opponitur et contrariatur assensui de certitudine rel fidei et indirecte assensui rel fidei in se.

Quare ita 4.^a licet argumentari pro conclusione quam intendimus probare atque adversus sententiam quam impugnamus, hincque vim habent argumenta hactenus facta et quae subiiciemus. Qui pertinaciter errat circa aliquid unde evertitur *Ides haereticus* est subjacetque [I. 227v] poenis haereticis in luce statutis (hac enim ratione haereticus est qui negat conclusiōnem aliquam, quae licet formaliter et in se non sit revelata, evidenter tamen deducitur ex revelatis), sed qui dubius est in fide non solum virtute (quod tamen sufficeret ad rationem haeresis), sed etiam formaliter errat circa hanc, hoc quod tenet Ecclesia tamquam de fide est incertum, ut proxime fuit explicatum. Cum ergo inde sequatur illud non esse de fide, tum etiam Ecclesiam errare posse in his quae sunt de fide, quae tamen fidei tamquam errores manifesti repugnant, sit ut dubius in fide haereticus sit, si sit baptizatus.

5.^a Actus positivus fidei repugnat, eamque omnino auferens, haeresis est, sive omnino tamquam extremitum sive tamquam quid medium inter extrema fidel repugnet; perinde atque medius color repugnat albedini (neque enim video cur rationem haeresis ad solum actum proprium aut metaphysice aut logice fidei contrarium restringere debeamus, quin prius cum haeresis actus sit naturalis, actus vero fidel supernaturalis, non proprius coelestianus; qua ratione haeresis naturaliter non expellit habitum fidei infusum, sed demeritorie dumtexat ut in superioribus est habitum); sed actus dubitandi positivum quid est, et ut adversarii admittunt fidei repugnat eamque omnino aufert; ergo est haeresis, et qui de eo dubitat, haereticus.

Torres, loco citato¹¹¹, addit non solum eum qui pertinaciter dubius est in fide, haereticum esse, sed etiam eum qui per opinionem pertinaciter adhaeret allecul obiecto de fide cum formidine partis oppositae. Claritatis tamen gratia sit 1.^a propositio:

111. B TORRES. *Commentaria de Trinitatis mysterio*, q. 32, a. 4, p. 3: f. 94v b.

Si quis per consensum deliberatum voluntatis iudicaret non esse omnino certa [f. 228r] quae tamquam de fide tenet Ecclesia, sed solum esse probabila et ob id tamquam probabilitibus eis assentiatur propter motiva quae sunt ad credendum, tunc talis assensus solum esset opinativus, et qui illum haberet esset haereticus non propter huiusmodi assensum qui cum in se verus sit, heres non est, sed opinio vera, sed propter illum alium quo iudicat pertinaciter atque per consensum deliberatum ea quae sunt fidei non esse omnino certa, qui assensus fidei est: contrarius, modo paulo superius explicato. Quod autem huiusmodi homo assensum opinativum eliceret, probatur, quia habet media quibus potest illum causare suis viribus naturalibus, neque est unde impeditur, cum per illum alium assensum haereticum amittat habitum fidei infusae, si illum antea habebat, quod dico, quia dicere quis posset concursum habitus fidei supernaturals impedit ne produceretur actus opinativus, sed fidei supernaturals.

2.^a propositio: Qui sine consensu deliberatu voluntatis patetur representationem quantumcumque molestam in intellectu, cum motibus quae sunt fidei non sunt omnino certa, aut patetur timores ne forte non sint omnino certa, non esset haereticus, et si simul cum illa tepiditate et timoribus efficiat actum assentiendi propter motiva quae sunt ad credendum et rationem propriam credendi divinam videlicet revelationem efficit actum fidei catholicae et non opinionis. Prior pars huius propositionis patet ex dictis inter explicandum quid requireretur ad hanc ut aliquis esset dubius in fide atque ea ratione haereticus. Posterior vero pars ex eo patet quod nihil deest ad hoc ut actus ille sit supernaturalis [f. 228v] et fidei catholicae; timores enim illi non sunt ex parte actus, sed ex parte subjecti, neque sunt furrido quae est de ratione opinionis, sed sunt involuntariae et indeliberatae formidines ex parte subjecti quae non tollunt certitudinem actus, quam actus habet in se: concursus vero rationis propriae obiectivae credendi fidei catholica, nimisrum divinae revelationis tum etiam habitus fidei supernaturalis impediunt quod reliqua motiva quae sunt ad assentiendum revelatis, non producent actum opinandi et non id illa non producent proprium actum sed coadiuvant productionem actus fidei quemadmodum media probabilia concurrentia simul cum media demonstrativo ad

assensum eiusdem conciusionis non producunt proprium actum, sed coadiuvant productionem actus scientiae.

3.^o propositio. Qui praeceise propter autoritatem humanam aut media probabilia assentiretur rebus fidei, ita quod neque formaliter neque virtute assentiretur propter divinam revelationem tamquam propter rationem credendi, ad sensum q. 1, art. 1, disp. 2¹¹², explicatum, non elicet assensum fidei supernaturalis, sed vel opinionis vel fidei humanae, non tamen esset haereticus nisi formaliter aut virtute haberet propositum non assentiendi propter revelationem divinam. Quod si tale propositum haberet formaliter aut virtute, ut si existimaret fidei esse credendum propter revelationem divinam aut aliquid simile quod fidelis formaliter aut virtute contrariaretur, haereticus esset, modo esset baptizatus. Primum horum patet, quia cum neque formaliter neque virtute concurreret ad assensum, ratio propria obiectiva assentienti fidei catholica assensus non est fidei catholicae, neque satis est habitum fidei esse in intellectu, ut quidam volunt, arbitrantes hanc esse divinam revelationem cui innititur fides catholica; contrarium enim ostensum est q. 1, art. 1, disp. 3¹¹³. Secundum vero satis patet ex dictis.

Superest respondeamus ad argumenta Cani. Ad [f. 229r] primum ergo negandum est eum qui dubitat in fide non habere assensum falsum. Nec enim circa propositionem de qua dubitat, non habeat assensum vel dissensum circa certitudinem, tamen ipius habet, ut explicatum est. Praeterea ad rationem heresies sat est quod formaliter vel virtute assensum aut dissensum fidei repugnante habeat, esto proprie non sit contrarius ut dictum est. Quare hanc haeretici diffinitionem colligere possumus quae dubium in fide comprehendat: Haereticus est qui cum sit baptizatus pertinaciter errat in fide formaliter vel virtute.

Ad 2 negandum est in primis haeresim contrariam esse proprie fidei, cum haeresis naturale quid sit, actus vero fidei supernaturalis. Negandum est dubitate dubitationem non esse assensum, tum etiam privationem doni fidei; quae omnia ex dictis patent.

112. Luis de Molina, *Annotationes in II. II. dist. Thomasae*, q. 1, a. 1, disp. 2: ArchTeolGran 39 (1976) 238-251, especialmente las págs. 242-246.

113. Ib., ib., disp. 3: ArchTeolGran 39 (1976) 251-259.

Ad 3 dicendum est quod qui pertinaciter dubitat in fide eligit et sequitur assensum falsum fidei repugnantem, ut ostensum est, satis praeterea esse ut saltem virtute eligeret et sequeretur assensum falsum fidelis repugnantem.

Dubium est hoc loco utrum quando Petrus. Matthaei 14¹¹⁴, reprehensus fuit a Christo: Modice fides, quare dubitas? fuerit dubius in fide, et subinde haereticus. Respondeatur negative, et ratio est quia ibi fides non sumitur nisi pro fiducia in Christo, de qua reprehenditur Petrus quod habuerit modicam. Et praeterea, quia dubium non fuit nisi an esset sumergendus, culus contrarium non erat ei revelatum, et subinde non erat de fide, et forte timor naturalis fuit maxima ex parte et dubitatio, sine plena deliberatione.

[f. 220v] **Utrum haeresis sit pertinax error in hismodi baptizati cum catholica fide pugnans**

Disputatio 6

Praemissa disputatione de haeretico, facillor erit disputatio de haeresi quam agredimur. Controvertunt igitur doctores utrum quemadmodum ad rationem haeretici requiratur pertinacia et quod talis homo fuit fidem professus per baptismum, ita ad rationem haeresis requiratur quod sit error in fide hominis baptizati, atque cum pertinacia, an vera sufficiat quod sit error in fide. Oecham, 1 p. Dialogorum, lib. 2, cap. 11¹¹⁵ et Turrecremata, libro 4 Summae, p. 2, cap. 3¹¹⁶; Adrianius in 4, q. 1 de confessione¹¹⁷; Castrus, lib. 1.¹ De iusta haereticorum punitione, cap. 1¹¹⁸; Gabriel, in III, disp. 23, q. 1, art. 3, dub. 3¹¹⁹, et Sylvester, verbo

114. Mt 14, 31.

115. G. OCKHAM, *Mysticorum . . .*, p. I, l. 2, c. 12; ed. Goldstal, l. 3, Frankfurt 1614, pp. 419s.

116. J. DE TORQUEMADA, *Summa Ecclesiae*, l. 4, p. 2, c. 3; ed. c., pp. 563s. Responde en este capítulo a las objeciones contra la definición de herejía, que ha puesto en el c. 1.

117. HADRIANUS VI, *Quæstiōnes duodecim Quodlibeticae*, q. 3: Lyon 1546, f. 49v-50r. Dice que la pertinacia se requiere para incurrir en las penas; ciertamente no habla del bautismo, sino sólo del error en la fe.

118. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, l. 1, c. 1; ed. c., f. 5r b—6r a.

119. GABRIEL BIEL, n. c., in 3, d. 23, q. 2, a. 3, dub. 3. No trata explícitamente de esta cuestión. Más bien remite a Ockam, l. 2 et 3, primee partie Dialogorum.

Haeresis I^o, q. 2^o, affirmant ad rationem haeresis non requiri quod proferatur ab homine baptizato, sed satis esse quod in se sit error in fide. Nam, inquit Castrus, cum ab haeresi haereticus dicatur, et non contra ab haeretico haeresis, inconveniens non est quod plura requirantur ad rationem haereticam atque ad hoc ut ab haeresi denominetur talis quam requisita sint ad rationem haeresis. Probant vero hi autores suam sententiam primitivo, quia si ad rationem haeresis pertinacia requireretur et quod is a quo proferitur esset baptizatus sequeretur eandem propositionem prolatam ab uno esse haeresim, et prolatam ab alio non esse haeresim; quid quam sit erroneous (inquit Castrus) vel mediocriter docto erit manifestum. Quod enim propositio sit talis vel talis non pendet a proferente; nam quae propositio in se vera est a quocumque proferatur est vera, et quae in se falsa est, a quo cumque proferatur est falsa. Quare quae propositio in se fuerit haeresis, a quo cumque proferatur haeresis est.

[f. 230r] 2.^o Propositio catholica non pendet a prolatione ut talis dicatur. A quo cumque enim proferatur Deum esse trinus et unus sive is catholicus, sive haereticus aut infidelis sit, propositio est catholica; ergo contradictoria propositio: Deus non est trinus et unus a quocumque et quomodo cumque proferatur, erit haeretica.

3.^o Doctores Theologi interrogati circa aliquam propositionem haereticae sit necne, absolute respondent esse aut non esse non interrogata prima conditione personae proferentis aut blasphemantis sit necne, an cum pertinacia vel sine pertinacia eam protruberit. ergo haeresis haereticave propositio a conditione proferentis non dependet ut sit talis. Hinc colligunt omniem propositionem quae modo est haeretica, semper a temporibus Christi et Apostolorum fuisse haereticam, neque Ecclesiam diffinitionibus suis ex propnsitio noti haeretica facere haereticam, sed declarare ut quod in se antea erat haematicum tale habendum.

Contraria sententia quod ad rationem haeresis requiratur pertinacia et quod proferens sit baptizatus affirmat Canus, 12 De

120. SILVESTER DE PRIERIA, *Summa summarum*, v. Haeresis 1, q. 2, § 3: ed. c., p. 478 b. Dice que se requiere que profesar la fe católica. De in contrario, no sería hereje, sino simple infiel, pagano, judío.

locis. cap. 8¹²¹; Torres. De Trititare, q. 32, art. 4, p. 3¹²²; Caetanus. hoc loco. art. 2¹²³; D. Thomas. I Cor 11, lect. 4¹²⁴; et plures alli. Probantque id primo, quia concilium Constantiense [sess.] 8¹²⁵ distinguunt ut diversas propositiones haereticas, erroneas atque sapientes haeresim; inter has autem propositiones difficile est assignare discordem si omnis error in materia fidei sit haeresis et antequam constet ei de eo diffiniat Ecclesia.

2.^o De ratione haeretici est quod sit pertinax in errore et quod sit baptizatus; ergo de ratione haeresis est quod sit error cum pertinacia, et quod sit a baptizato. Si[...] 230v]cut enim (inquit Canus) quia caeratum non nisi vespere intelligi potest, caena & qua denominatur non intelligitur nisi vespertina, ita quia haereticus non nisi pertinax et baptizatus intelligi potest. haeresis non nisi quae fuerit cum pertinacia et ab homine baptizato intelligitur.

3.^o Ab haereti denominatur haereticus sicut ab albedine albus, ergo error sine pertinacia atque in non baptizato habet integrum rationem haeresis denominabitque illum haereticum; forma namque si secundum suam rationem rationalem sit in subiecto, illum denominat, maxime si reliquias conditiones ad denominandum idem subiectum habeat. Habe autem caeterasque conditiones habere ex eo patet, quod ab illa quatenus error in fide subiectum de factu denominatur errare in fide; ergo ab errore in fide sine pertinacia aut in non baptizato subiectum denominatur errare in fide, non vero esse haereticum, sic ut error in fide sine pertinacia aut in non baptizato non habeat integre rationem haeresis.

4.^o Haeresis vitium et peccatum significat perinde atque fornicatio, completurque in esse haeresis sicut et virtus in esse virtutis per electionem et consensum deliberatum voluntatis in quo roperitur ratio peccati. Sed fieri potest ut error in fide sine pertin-

121. M. CAYO. *De locis*, l. 12, c. 8; ed. n., pp. 216-222. Más bien lo supone implícitamente en todo el capítulo, pero apenas se habla de ello; algo en la pág. 218.

122. B. TORRES. *Commentaria... de Trinitate mysterio*, q. 32, a. 4, p. 3; f. 93v-94v.

123. THOMAS a VIO. *Commentaria in I. II.* q. 11, a. 2; ed. Ferraria, 8, 99-100.

124. THOMAS AQUINAS, *In epistole principis ad Corinthios Commentaria*, q. 11, lect. 4; ed. Vives, 20, 725-3.

125. *Concilium Constantiense*, sess. 8 COED, 414, 26-30.

cia nullum sit peccatum aut vitium, ergo ad rationem haeresis quod aliquid sit in se error in fide.

5.^o Haeresis actui fidei opponitur cique repugnat, sed ad rationem actus fidei non satis est quod quis assentiatur propositioni quae in se est de fide ei revelata, sed requiritur quod constet de revelatione et quod ut tali ei assentiatur; ergo ad rationem haeresis non erit satis quod quis assentiatur ei quod in se est error in fide, sed requiritur quod ei assentiatur cum pertinacia videntis se def. 231r)clinare ab eo quod tamquam de fide atque revelatum tenet Ecclesia.

6.^o Solet etiam probari ex extravagante Grave nimis, de reliquis et veneratione sanctorum¹²⁶, ubi Xistus IV neutrūm haeresim esse, neque quod Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali neque quod non fuerit concepta, et quod neutrūm partem definierit hactenus Ecclesia. Quam diffinitionem Xisti innovat Concilium Tridentinum, sess. 5^o, in decreto de peccato originali, paragrapho ultimo¹²⁷. Fit ergo ut Ecclesia sua diffinitione efficiat haerescim esse quod antea non erat. Haec tamen probatio nullius est momenti, quia in extravagante illa non habetur neutrūm partem in se esse haerescim, sed neutrūs partis assertores incurtere crimen vel peccatum haerescim, eo quod res dubia sit, neutrūmque partem hactenus Ecclesia diffiniens. Diversum autem quid est neutrūs partis assertores incurtere crimen et peccatum haereses quod nullus dubitat hodie, et neutrūm partem in se esse haerescim ante diffinitionem Ecclesiae, quod modo controvertitur. Solet etiam probari ex capite Quod autem¹²⁸, et capite Achatius¹²⁹, 24, q. 1, ubi quaedam haereses dileuntur novae et quaedam antiquae; sed responderi potest dicti novus et antiquas quoad acceptiōnē et desertiōnē eārum.

Ut de hac re dicam quod sentio praemittendum duxi id quod Covarrubias, libri 3 Variarum Resolutionium, cap. 1, n. 1³⁰ etiam

j. Ms. 4.

126. C. I. C., Extravagantes communes, III, 12, de reliquis et veneratione sanctorum, c. 2; ed. Friedberg, 2, i280s.

127. Concilium Tridentinum, sess. 5. Decretum super peccato originali, 6. COED, 667, 21-25.

128. C. I. C., c. 2, C. IV, Q. 1; ed. Friedberg, 1, 597.

129. C. I. C., c. 1, C. XXIV, Q. 1; ed. Friedberg, 1, 966.

130. D. COVARRUBIAS, Variarum Resolutionium... 1. 3, c. 1, n. 18 ed. Opusum, t. 2, Ginebra 1762, pp. 267s.

adnotavit, videlicet quod quemadmodum usura interdum sumatur pro crimen quod quis committit et a quo usurarius dicitur, videlicet pro acceptione pecuniae ultra sortem gratia mutui, interdum vero pro deceptione ipsa et pretio quod quis accipit gratia mutui, translationem criminis ad significandam materiam circa quam crimen ipsum committitur, quod in multis aliis crimibus etiam inventur, ita haereditas dubius modis sumatur, interdum pro crimen haereseos a quo quis haereticus dicitur, interdum vero pro materia ipsa circa [f. 231v] quam crimen illud versatur. Quemadmodum illes ipsa interdum pro actu aut habitu fidei sumuntur, interdum vero pro obiecto et materiam circa quam versatur, ut in principio huius II.II., disputatione 1^o manet explicatum.

His praehabitis sit 1.^o conclusio: Ad rationem haeresis pro crimen ipso a qui quis haereticus dicitur, requiritur pertinacia in proferente aut committente tale crimen, et praeterea quid sit baptizatus. Hanc probant optime rationes secundae opinionis, neque in ea potest esse dubium si considerentur quae hactenus dicta sunt in superioribus.

2.^o conclusio: Haereditas pro materia non dicitur nisi per comparationem ad baptizatum proferentem cum pertinacia; volo dicere; unusquisque error in fide ceterus in hac significatione haereditas dicitur quatenus est tale obiectum. Quod si cum pertinacia asseratur a baptizato circa illud efficietur haereticus. Quare licet error in fide prolatus a non baptizato haereditas in hac significatione dici possit, non tamen convenit illi nomen quia profertur a non baptizato, sed quia est tale obiectum quod circa illud baptizatus asserens aut consentiens in illud cum pertinacia efficietur haereticus.

3.^o conclusio: Licet quicunque error in fide (etiam de quo non est certum in Ecclesia esse errorum, quia res non est perspicua, neque Ecclesia quicquam circa illam definiuit) impropte atque late sumpto vocabulo possit haereditas appellari in hac significatione quatenus in prima remota est materia haereditatis, et de se est tale obiectum quod si aliquando cum pertinacia a baptizato proferatur, efficietur haereticus; attamen proprie loquendo solus ille error in fide haereditas in hac significatione dicitur qui

181. L. de Molina, *Annotationes in secundam secundae...*, disp. 1: ArchTeolGram 39 (1976) 218-221

consistit in se esse revelatum, aut ex revelatis certo deducitur sive non. Loquor autem in hac disputatione de fide late prout de fide dicuntur ea esse quae formaliter et in se revelata sunt a Deo, et ea quae virtute et in alia aut alia, ex quibus certo deducuntur, revelata sunt, quaeque pertinent ad habitum theologicum. Denique loquor de fide prout abstractio a fide presse et proprie sumpta, quae est eorum quae formaliter et in se revelata sunt a Deo; et a Theologia quae est eorum quae virtute in alio ex quo certo deducuntur, revelata sunt. Et similiter loquor de errore in fide et haeresi late ut opponitur fidei utroque modo iuxta ea quae 1 p., q. 1, art. 2, disp. 2¹²², dicta sunt. In utroque enim errore pertinaciter crimen haereseos reperiatur atque ex utroque fides revertitur, pertinetque illius puntus ad inquisidores haereticae pravitatis.

Supponendum est deinde, non solum in se esse de fide, sed utiam de fide esse et constare quidquid in Scripturis canonicas continetur aut in traditionibus quas tamquam de fide tenet Ecclesia, et quidquid ex eis eviderenter deducitor, et denique quidquid Ecclesia et in universum ea quae q. 1, art. 10¹²³, ostendimus (in animo enim est quae ibi indisputata reliquimus in fine huius materiac disputare) in rebus fidei definiendis errare non posse tamquam de fide tenenda circa Scripturas canonicas, sensum earum, circa traditiones, et circa ea quae ex traditionibus et Scripturis deducuntur. Ea enim omnia in quibus est autoritas infallibilis in diffiniendis rebus fidei quidquid diff[er]entia finiunt tamquam fide tenendum, totum pertinet vel ad Scripturas canonicas et sensum earum vel ad traditiones et earum sensum, vel certe id prouponent et statuunt tamquam quid ex Scripturis aut traditionibus deductum. Quo sit ut omne genus propositionum quas de fide esse constat, aut in futurum constabit ad duo genera revocentur; alterum est earum quae in Scripturis aut traditionibus secundum expositionem Ecclesiae formaliter continentur, atque earum est fides infusa immediate; alterum vero earum quae ex Scripturis et traditionibus deducuntur, atque carum est habitus theologicus, nec necesse est in plura genera haec partiri, ut faciunt Turrecremata, lib. 4, p. 2, cap. 8¹²⁴; et quidam alii.

122. In *Commentaria in primam diu Thomas Partem*, q. 1, a. 2, disp. 2: ed. c., coll. 20s.

123. Id. *Annotationes in secundum secundum* .. q. 1, n. 10, disp. 6, 9, 14, 15 et 16; Arch'Teol'Gran 41 (1978) 229-268; 288-306.

124. J. de Tomassana, *Symposio Ecclesiæ*, l. 4, p. 2, c. 9: ed. c., pp. 570ss. Distingue ocho grados en las verdades cuestiones.

Hoc praehabitio quod attinet ad id quod in principio proprium est, Concilium Constantiense, sess. 8¹³⁵ damnans articulus Wicleph In materia fidei et religionis distinguit inter omnes fere propositiones quas nos distinguemus.

Ut ergo ab haeretica propositione incipiatnus est illa, quae superle pugnat cum propositione quam enuntiat esse de fide. Quo sit ut quemadmodum duplex est genus propositionum quas constat esse de fide, ita duplex sit genus propositionum haereticarum: alterum earum quae pugnant cum Scripturis aut traditionibus secundum expositionem Ecclesiae; alterum vero earum quae pugnant cum his quae ex Scripturis et traditionibus deducuntur. Licet autem huiusmodi omnes propositiones haereticae (tamquam materia proxima haeresis) dicantur, ad crimen tamen haeresis requiritur perlinacia et quod sit baptizatus assentiator illis ex consensu deliberato, ut disputatione praecedenti explicatum est, sin minus errabit quidem in fide qui illis praeluerit assensum, haereticus tamen non erit. Error in fide sive pro materia circa quam versatur, sive pro actu errandi sumatur, latius patet quam haeresis aut haeretica propositio Omne enim quod de se pugnat contra id quod de se de fide est [f. 234r] sive constet pugnare sive non, et sive constet illud aliud esse de fide sive non, error est fidei tamquam materia circa quam errat, et assentiri tali obiecto est errare in fide sive sit cum pertinacia sive non, ei sive qui assentitur baptizatus sit sive non. Quo sit ut latius vulto pateat error in fide quam haeresis, et errare in fide quam haereticum esse. Atque ob id merito Augustinus, De Trinitate¹³⁶, dixit: Errare potero, sed haereticus non ero. Fit praeterea ut quo lapsus doctorum (qui de haeresi suspecti non sunt) rotiantur in materia fidei, et enim modestius notentur et condemnentur tamquam errores in fide quam ut haereses, quandoquidem eis manifeste pugnant cum fide, assertores eorum non haeretici, sed errantes in fide ab illis denominabuntur.

Erronea propositio cum ab errore dicatur duobus modis sumitur in materia fidei atque religionis: altero late, ut comprehendit sub se haereticam etiam propositionem, ut tradunt D. Antoninus,

¹³⁵ Véase la nota 125.

¹³⁶ Augustinus. De Trinitate. Ni hemos podido verificar esta cita en los libros De Trinitate, ni en otras obras del obispo de Hipona.

2 p., tit. 12, cap. 5¹³⁷; Sylvester, verbo Haeresis 1^o, q. 1¹³⁸; Castrus, lib. 1.^o De iusta haereticorum punitione, cap. 3¹³⁹; et plures alii. Colligiturque aperte ex concilio Constantiensi, sess. 15¹⁴⁰, ubi damnans quendam articulum Ioannis Wicleph ita inquit: Declarat et diffinit haec sancta synodus huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide ipsamque laicorum haereticam et scandalosam condemnat. Declarat insuper quod pertinaciter doctrinam hanc asserentes sunt haeretici. Ecce Constantiensis synodus de eadem propositione simul affirmat quod erronea sit in fide et haeretica. Quo fit ut erroneum aliquando sumatur late ut comprehenderit sub se haereticum. Altero modo, sumitur erroneum presse ut distinguatur contra haereticum, et sumat minus quid quam haereticum aperte. Haec acceptio accepitur et communiter [f. 234v] a doctoribus et aperte colligitur ex concilio Constantiensi, sess. 8¹⁴¹ ubi communiter 45 articulis Wicleph, ita habetur: Hos articulos sancta synodus examinare fecit et fuit repertum aliquos et plures ex ipsis et esse ei fuisse notorios haereticos et a sanctis patribus reprobatos; alios non catholicos, sed erroneos; alias scandalosos et blasphemos; quosdam piarum aurium offensivos; nonnullos eorum temerarios et seditionis. De errore ergo propositionum in hac posteriori acceptione est nobis hoc loco sermu et non in priori. Praeternissa ergo sententia Castris, loco citado¹⁴², quam nec refforire nec impugnare est necesse, dicendum est cum Caro, 12 De locis, cap. 11¹⁴³, erroneam propositionem esse illam de qua cum non omnino constet haereticam esse, est tamen error periculosus valde in fide, atque proximus haeresis manifestae. Quam explicationem aperte innuit concilium Constantiense loco proxime citando¹⁴⁴. Cum enim praemisisset quosdam ex articulis Wicleph esse notorios haereticos, addit

137. ASTORIUS, Summa, p. 2. tit. 12, c. 5: Lyon 1530, t. 2, f. 180 b

138. SYLVESTER DE TRENTO, Summa summarum, v. Haeresis 1, n. 1; ed. c., pp. 477b

139. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, l. 1, c. 3; ed. c., f. 7v b—8r b.

140. Concilium Constantiense, sess. 15: COED, 432, 16-20. La proposición a la que se refiere Molina es de Juan Petit [Ioannis Parvi].

141. Ib., sess. 8: COED, 414, 25-30: ... fuit repertum, prout in veritate est, aliquos [articulos] et plures ex ipsis fuisse et esse notorios haereticos et a sanctis patribus dudum reprobatos, alios non catholicos, sed erroneos, alias scandalosos et blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios et seditionis.

142. Véase la nota 139.

143. M. CARO, De locis, l. 12, c. 9; ed. c., 2, 222ss.

144. Véase la nota 141.

alios non esse catholicos, sed erroneous; quasi erroneous propositionis a notorio haeretica distinguatur, primumque gradum post illam teneat. Quod ergo tam periculorum est in fide ut ad haeresim manifestam proxime accedat, id erroneum in fide dicitur.

Duplex genus errorium propositionum distinguit Canus loco citato¹⁴⁵, alterum earum quae vehementi sapientiam opinionem pugnant cum fide catholicis, cum tamen non sit omnino certum et compertum, vel quia non est omnino certum et compertum propositiones cum quibus pugnant esse de fide aut tamquam principia fidei aut tamquam conclusiones ex talibus principiis clare et certo deductas, sed solum id creditur vehementi sapientum opinionem et conjecturis; vel quia non est omnino certa et clara repugnatio cum propositionibus quae sunt manifeste de fide, sed sapientum vehementi opinionem et conjecturis existimata. Alterum genus est earum quae pugnant non cum propositionibus de fide, sed cum veritatibus universaliter [f. 235r] ab Ecclesia receptis quac proxime ad fidem accedunt, atque ex quarum eversione si non revertitur fides catholicis quatitur tamen et tam ipsa quam religio enervatur. Inter propositiones erroneous hoc modo computat Canus eam quae affirmat teneri religionis operari victum manibus suis, illud tuncque illis esse mendicos esse.

Propositum sapiens haeresim a Castru, De iusta haereticorum punitione, lib. I., cap. 8¹⁴⁶ definitur quod sit illa quae in significacione quam verba prima facile ostendunt habet sensum haereticum, quamvis pie intellecta sensum aliquem habeat verum, acque de harum numero dicit esse has: Pater est maior Filio, tres personae divinæ sunt tres dii. Cano vero, 12 De locis, cap. 11¹⁴⁷ displaceat haec diffinitio. Nam, inquit, haec: Ridiculum est Eucharistiae sacramentum solemni ritu per vias publicas circumferri, haeresim sapit assentientium in Sanctissimo Eucharistiae sacramento corpus Christi verum non contineri et tamen in nullo ple sensu est vera. Praeterea iuxta hanc diffinitionem multae propositiones quae absolute damnandae sunt tamquam haereticæ et quae tamquam tales damnatae sunt ab Ecclesia solum essent damnandæ tamquam sapientes haeresim quia facile erat excogiti-

145. Véase la nota 139.

146. M. CANO. De locis, I 12, c. 9: ed. c., 2, 225-229. Las palabras que cita están en la pág. 225.

tari aliquem sensum quem in rigore non faciunt in quo sint verae. Sicut enim huic: tres personae divinae sunt tres dei, excogitatur hic sensus verus quem in rigore non facit, sunt tres habentes deitatem, ita huic essentia generat quae in concilio Lateranense IV¹⁴⁷ damnata est tamquam haeretica excogitari potest hic quem in rigore non facit. Praeternissa ergo definitione Castri dicendum est propositionem sapiente haeresim esse illam quae vel ux sensu vel ex circumstantiis reddit aliquem suspectum de haereti aliqua, cum tamen non aperie constet prolatam esse in sensu haeretico. Unde consuevimus dicere prpositionem aliquam in aliquo redolere aut sapere haeresim [I. 235v] atque ipsum in ea odorem aut saporem exhibere haeretici. Ut enim optime nolavit Canus, loco citato¹⁴⁸, sicut aqua ex vena aut radicibus plantarum per quas pertransit contrahit odorem aut saporem, ita propositio aliqua non solum ex sensu quem facit, sed ex proficiente, ex tempore et circumstantiis, quando, ubi et quomodo profertur, odorem aut saporem haeresis contrahit; quo sit ut prudenter opus sit ad discernendum propositionses sapientes haeresim ex circumstantiis atque ex conjecturis, ut probe notavit Canus, sit etiam ut in propositione sapiente haeresim, haeresis pro crimen potius haereseos quam pro obiecto et materia haeresis sumatur. Penes abilium etiam et sensum in quo profertur potissimum indicatur; et quando conjecturae sunt animo et sensu haeretico prolatam esse. Neque tamen id certo constat, propositio prolatam haeresimi sapere dicitur. Ex his facile erit intelligere quod licet nulla propositio quae continetur in Scriptura prout in Scriptura continetur sapient haeresim, attamen prolat ab aliquo sapere poterit haeresim, quod coniicietur ex antecedentibus et sequentibus atque ex aliis circumstantiis. Ut haec: Pater est major Filio, prolat ab aliquo aliquando erit manifesta haeresis arriana, aliquando vero illam sapiet, si non enstiterit omnino prolatam esse in sensu haeretico, sint tamen conjecturae aliquae. Et haec: Arbitramur hominem iustificari per fidem et non ex operibus, prolat ab aliquo aliquando erit haeresis lutherana, aliquando vero in ea eam sapiet.

It. Ms. Lateranense 2.

147. Concilium Lateranense IV, constit. 2: De errore abiatis Ionachim CoeD, pp. 231s.

Propositio male sonans piarumve aurium offensiva duobus modis sumi potest, altero late pro omni propositione quae plas, doctas et discretas aures offendit, et cum quo magis propositio aliqua ad haeresim accedat aut haeresis est manifesta eo pias aures plus offendat, fit ut omnis propositio haeretica, erronea aut sapientia haeresim, male sonans piarumque aurium offensiva dici possit. Altero modo sumi potest pressæ ut constituat interiorum querendam gradum haecen assignato, et tunc propositio male sonans [f. 236r] piarumve aurium offensiva erit illa, in qua cum errorem clarum fidei repugnante non cernamus, neque tantum periculi et absurditatis ut illam erroneam aut sapientem haeresim proximus appellare, tamquam absone tamen et absurdia se exhibet piis, doctis et prudentibus auribus. De earum numero est illa Wicleph, quam inter alias concilium Constantiense, sess. 8¹⁴⁸ damnavit; Gradus et magisteria universitatum sunt vana gentilitate introducta, et tantum presunt Ecclesiae sicut diabolus. Illud verum est advertendum non quorundamque esse sufficientem sensum ad discernendas absuntas propositiones, ut probe notavit Canus¹⁴⁹, sed prudentium, piurum atque doctissimum pariter; quamvis nonnullae sint propositiones quae a quibuscumque fidelibus facile tuamquam absone notari possint. Illud est etiam advertendum: aliquando propositiones aliquas tamquam absoras se offerre possunt, doctis et prudentibus auribus et tales ab eis notari, cum tamen non facile reddere possint rationem absurditatis earum etiam si ipsi qui eas notarunt. Quare solum ut tales notantur, quod eas respiciat pius, prudens et doctus intellectus tamquam minus consonas sacrae doctrinae.

Temeraria proposilio in materia fidei et religionis dicitur illa quae sine maturo iudicio et sufficienti ratione et autoritate pronata, maxime quando receditur a communis regula aut a communis sensu et existimatione quae de tali re habetur aut quando aliquid de novo configitur et affirmatur. Vide Divum Thomam et Caelestium inferiorum q. 53, art. 3 ad 2¹⁵⁰, ubi explicant in quo consistat temeritas non solum in materia fidei et religionis, de qua

148 Concilium Constantiense, sess. 8, art. 29 Wicleff. OdoC, 412, 42 — 413, 2.

149. M. CANO, *De locis*, I, 12, c. 9; ed. c, 2, 228.

150. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, II.II, q. 53, a 3 ad 2; ed. Leonina, II, 381. Allí mismo puede verse el texto de CAVENDISH.

tantum nunc agimus. sed in universum in quacumque materia. Propositorum temeraria in materia fidei et religionis duobus modis accipi potest; altero late, quo pauci comprehendit omnem propositionem haereticam (f. 238v) et erroneam et sapientem haeresim. Quid enim maiori cum temeritate affirmatur quam quod haereticum, erroneum aut sapiens haeresim est? Altero modo accipi potest presse pro ea propositione quae cum in materia fidei aut religionis haeretica, erronea aut sapiens haeresim non sit, temeraria tamen est luxta explicationem propositionis temerariae paulo ante assignatam. Hoc modo propositio temeraria in materia fidei et religionis gradus quidam est inferior et contradivisus propositioni haereticae, erroneae aut sapienti haeresim. Hoc modo, Inquit Canis, 12 De locis. cap. 11¹⁵¹, temerarium est affirmare Eccliam Virginem in corpore et anima non esse in coelo, et adeo temerarium ut in ita asserentis animadvertere debeat inquisitores haereticae pravitatis. Eodem modo inquiunt tam ipse quam Castrus. libro 1, De iusta haereticorum punitione, cap. 3¹⁵², temerarium est affirmare diem iudicij certo quodam die vel anno esse futurum, id quod prohibitum est praedicari in concilio Lateranensi V, sess. 11¹⁵³, sub Leone nisi ubi peculiaris ea de re facta esset alicui revelatio, examinataque prius et approbata revelatione per Summum Pontificem, aut si urgens necessitas aliquid postulareret per Ordinarium loci, adhibitis secum tribus aut quattuor docilis aut gravibus viris. Alia exempla videre poteris apud Canum et Castrum.

Uia autem quae e quibusdam contemplativa et interdum a concionatoribus configuntur et affirmantur accidisse, cum tamen neque ex Scripturis neque gravi aliqua autoritate affirmantur, si verisimilia sint et railum consentanea. non sunt tamquam temeraria suntanda. Puto tamen expedire nunquam talia absolute affirmare, sed apponere aliquid unde intelligatur tamquam verisimilla affirmare, ut dicere: putatote satellites quando Christum comprehenderunt tale vel talia illi fecisse aut dixisse vel dicere credendum aut ve[f. 237r]risimile est talia fecisse aut dixisse etc. Quod si verisimilia non sint et rationi consentanea temeraria utique sunt quantumvis pie excogitentur et ad pro-

151. M. CANO, *De locis*, I 12, c. 9: ed. s., 2, 233.

152. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, I. I. c. 3: ed. c., t. 1fr a b.

153. Concilium Lateranense V, sess. 11: COED, 637, 1-5.

vocandum devotionem, non tamen talia ut ad iudicium inquisitoris pertineant, ut Carus et Castrus, lucis citatis, affirmant; columbina namque simplicitas, ait Carus¹⁵⁴, quantumvis imprudens aliquando et inconsulta non ita severe est punienda. Ubi tamen in huiusmodi rebus exorbitantia aliqua reperiatur certe admonendi essent benignae huiusmodi homines saltem ab Ordinario, neque ista ferenda sunt in libris qui typis mandantur; indecentia enim sunt in religione christiana et tepiditatem quamdam generare possunt in rebus fidelis qui iudicio aliquo pollent, neque sciunt illa tribuere simplicitati et imprudentiae talia scribentium aut cotulonantium.

Propositio scandalosa illa dicitur quae haeresis aut alterius peccati occasionem praebet. Unde duplex in proposito est, quae-dam quae simul est haeretica, qualis est illa in concilio Vienensi, sess. 15¹⁵⁵ damnata tamquam haeretica et scandalosa simul. Tyrannus potest ille a quocumque subditu occidi; et illa: Nullum est praecipuum de baptismo, et quales in universum sunt omnes propositiones haereticae hactenus affirmatae. Alia est quae non est simul haeretica, qualis est enumerare publice indoctae multititudini incommoda quae interdum sequuntur ex auriculari confessione, contumeliosa vitia ecclesiasticorum aut religiosorum sive quae configuntur a pessimis hominibus, sive quae verae sunt, sed oculta. Huiusmodi namque enumeratio sine scando et periculo ruinae plebis non fit. Pieraeque alliae sunt propositiones scandalosae.

Alliae etiam sunt notae propositiones ex variis effectibus qui illas consequuntur, ut dicitur schismatica aut scandalosa quae schisma aut seditionem facit facereque est apta. Dicitur contumeliosa aut injuriosa quae iniuriam [l. 237v] aut contumeliam infert, etc.

Unum superest advertamus, inconveniens non esse eandem propositionem plures ex notis numeratis simul sibi vindicare. Illud

154. M. Caro, *De Iecis*, l. 12, c. 9: ed. e., 2, 232s.

155. Concilium Constantiense, sess. 15: COED, 432, 16. Pensamos que es un error de cita. Del Concilio de Viena, como es sabido, no se conservan las Actas por sesiones, etc., sino sólo las Clementinas, donde se da cuenta de las decisiones del Concilio. Del de Constanza, sin embargo, conservamos las Actas y corresponde lo que Molina afirma con la sess. 15.

adliicium propositiones haereticas, erroneous, temerarias, etc., reperiri etiam posse in materia physica, quatenus differant ab Scriptura Sacra aut rebus fidei. Licet autem aliquando opinio aliqua consona magis videatur Scripturae Sacrae, upponita tamen non continuo censanda est temeraria aut notanda alia pelori nota quando Scripturae non improbabiliter respondetur ab adversariis. Unde licet 1 p. in materia de opere sex dierum, disp. 2¹⁵⁶ iudicaverimus probabilius, quia Scripturae consummatis, materiam coeli esse ciuidem speciei cum materia horum inferiorum, oppositatem sententia censenda est etiam satis probabilis, tum quia iuxta Philosophiam facile defenditur, tum etiam quia Scripturae ab adversariis exponitur iuxta eam opinionem, licet expusilio aliquantulum dura videatur nostraque nullato viu facial litterae Genesios 1¹⁵⁷.

Articuli 3 et 4

De poenis haereticorum.

**Utrum haeretici et apostatae sint ipso facto
excommunicati.**

Disputatio 1.¹⁵⁸

Utrum haeretici sint tolerandi dictum est q. 10, art. 8, conclusione 1¹⁵⁹.

Dicendum vero est modo de poenis haereticorum, atque primo de spirituali, videlicet de excommunicatione. Quidam, de quorum numero fuerunt Almainus, in IV, disp. 18, q. 1¹⁶⁰; Clitovaeus¹⁶¹ et alii citati a Castro, libro 2 De iusta haereticorum punitione, capite 18¹⁶², in ea fuerunt sententia haereticos iure divino esse excommunicatos, moti ex illo Tit. 3¹⁶³; *Haereticum hominem post unam, et secundam correctionem devita* [f. 238r], et ex illo 2 Ioan-

156. L. DE MOLINA, *Commentario in primam divi Thomae Partem, Tractatus De opere sex dierum*, disp. 2: ed. c., cols. 1940-1945.

157. L. DE MOLINA, *Annotationes in II. II. divi Thomae*, q. 10, a. 4, n. 19-21; ArchTeolGran 42 (1979) 170-174.

158. JACOBUS ALMAIN. *Lectura in quartam*, dist. 17 q. 1: Paris 1518, f. 80r, n.

159. IOANNES CLITOVAEUS, *Assertio veritatum definitiorum in Concilio Segonensi*.

160. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, I. 2, c. 18: Salamanca 1547, f. 144v-145r.

161. Tit. 3, 10.

bis, 10¹⁶²; Si quis venit ad nos, et hanc doctrinam non aferit, noltie recipere eum in domo, nec Ave ei dixeritis. Dicendum tamen est, cum Soto, in IV, disp. 22, q. 1, art. 1¹⁶³ quod Iloet potestas excommunicandi iure divino sit in Ecclesia, bulla tamen excommunicatio in particulari lata fuit iure divino. Consuetudo quidem excommunicandi haereticos antiquissima est in Ecclesia, ut patet ex cap. Achatius¹⁶⁴ et cap. Audivimus¹⁶⁵, 24, q. 1. Et consona locis Scripturae citatis¹⁶⁶ atque usui Apostolorum¹⁶⁷, et forte apud aliquos haereticos in particulari explicarunt, suo tempore per potestatem quam habent. Excommunicatio tamen illa non erat de iure divino, sed humano, ut facile erat intelligere ex his quae diximus q. 1, art. 2¹⁶⁸. In materia de traditiobibus.

Omnes haeretici ac proinde Apostatae sunt ipso facto excommunicati, ut patet ex capite Excommunicamus¹⁶⁹, 1.¹ et 2.² extra, de haereticis, et capite Non erit, de sententia excommunicacionis¹⁷⁰. In his tamen capitibus absolutio reservata non erat. Summo Pontifici; at vero hodie in eodem 1.¹ loco excommunicati sunt, estque proinde excommunicatio reservata Summo Pontifici. Qui autem haeretici revera sint ut in foro conscientiae habeat et ceteras poenias haereticis statutas incurrit, maneat explicatum supra¹⁷¹.

Dubium est utrum haeretici pure mentales, ita quod solum interius consenserunt in haeresim sine aliquo actu exteriuri quocum sollem expresserint, sint ipsi facto excommunicati. Glossa Clementina, paragraphe Verum, de haereticis¹⁷²; Adrianus, q. 2, De confessione¹⁷³ et canonistae aliqui respondent affirmative; et

162. 2 Jn 16.

163. DOMINGO DE SOTO, Commentariorum in IV Sententiarum tomus primus, dist. 22, q. 1, a. 1; ed. c., p. 996 b.

164. C.I.C. c. 3, C. XXIV, Q. 1; ed. Friedberg, 1, 968.

165. C.I.C. c. 4, C. XXIV, Q. 1; ed. Friedberg, 1, 967

166. Véanse las nulas 161 y 162

167. Cf 1 Cor 5, 3-7; 2 Cor 2, 5-11.

168. LUIS DE MOLINA, Annotationes in II. II. dist. Thomae, q. 1, a. 1 et 2, disp. 12; ArchTeolGran 40 (1977) 216-230.

169. C.I.C. c. 13 et 15, X, de haereticis, V, 7; ed. Friedberg, 2, 787ss.

170. C.I.C. c. 1, Extravag. de sententia excommunicationis, V, 10; ed. Friedberg, 2, 190ss.

171. LUIS DE MOLINA, Annotationes in II. II. dist. Thomae, q. 11, a. 1 et 2, disp. 4 et 6; véanse los pág. 207-221 (359-373).

172. C.I.C. c. 1, in Clementinis, de haereticis, V, 3; Roma 1503, 3, 268, 61-80 — 269, 1-40.

173. HADRIANUS VI, Questiones in quartum sententiarum, ubi sacramentorum materia exactissime tractatur, De sacramento confessionis, q. 2, § 200 probant; Paris 1530, f. 241v-242r.

probari potest, quia vere sunt haeretici quandoquidem haeretis in assensu interiori intellectus consentiente voluntate confirmatur, sicut furtum in acceptatione externa alieni invito domino; ergo incurvant poenas omnes haereticorum.

Contra tamen sententia, quod scilicet non sint excommunicati comunitis est et amplectenda, estque Cajetani, hoc loco¹⁷⁴, et In Summa, verbo Haeresis¹⁷⁵; Sotii, in IV, d. 22, q. 2, art. 1. 238v¹⁷⁶; conclusione 5¹⁷⁷; Castri, 2 De iusta haereticorum punitione, cap. 18¹⁷⁸; Paludanus, in IV, d. 13, q. 3¹⁷⁹; Sylvestri, verbo Excommunication. 7. conclusione 2¹⁸⁰; Navarri, in Manuali, cap. 11, n. 17 et cap. 27, n. 56 et in principio disputationis 5, de poenitentia, n. 28¹⁸¹; Covarrubias, 2 p. relectionis reg. peccatum in 1.¹, n. 7¹⁸² et allorum plurium. Et ratio horum omnium haec est, quia licet Ecclesia de occultis per accidens qualia sunt quae de facto non sunt notoria, eis tamen non repugnat ex sua natura esse notoria, ut sunt actus externi clam facti et omissionis eorum possit judicare et pro eis poenas statuere; at tamen de occultis per se quales sunt actus interni, qui per se ipsos stupre natura non possunt esse notorii Ecclesia non potest judicare nec pro eis poenas statuere, nisi qualemvis coniunguntur cum externis atque per externos innescantur. Addit Sotius, loco citato¹⁸³, quod esto Ecclesia id possit, intentio tamen ipsius non est pro eis excommunicare, quia esset laqueus conscientiae iniocere. Confirmari autem potest haec opinio ex capite Ex cogitatione, de poenit. d. 1¹⁸⁴ quod desumptum est ex iure consultis, et ita habet:

174. TIBURCIUS DE VIO, Commentarii in II. II. q. 11, a. 3 et 4, 111; ed. Leiden (Operum s. Th.), 3, 101.

175. In. Summula peccatorum, v. Haeresis: Salamanca 1551, I. 151r b

176. DOMINGO DE SOTO, Commentariorum in IV Sententiarum totius primus, dist. 22, q. 2, a. 3, concl. 5; ed. c., p. 1027 b.

177. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, I. 2, c. 18; ed. c., f. 144r-v.

178. FERNANDUS DE PALUDE, O.P., Opus in Quartum Sententiarum, d. 13, q. 2, n. 15; Salamanca 1552, p. 159 b

179. SILVESTER A FERREIRO, Skizzena statuarum. v. Excommunication 7, n. 3a; Ad. r. (nota 15), 384 b.

180. MARTINUS DE AZPILCUETA, Enchiridion seu Manuale confessariorum, c. 11, n. 22; Opera omnia, t. 1, Roma 1580, p. 89 b; c. 21, n. 56; p. 472 b; de poenitentia, dist. 5, n. 23; t. 2, 693 a.

181. DIEGO DE COVARRUBIAS, Relectio in reg. Peccatum, p. 2, n. 7; ed. Opera omnia, t. 1, Ginebra 1762, pp. 599s.

182. Vease la nota 176.

183. C.I.C., c. 14, D. 1, de punit.: ed. Fyedberg, 1, 1161.

Cogitationis poena nemo patiatur, id est, pro solo consensu interno voluntatis nemo puniatur, ut exponit Glossa et manifeste ex antecedentibus et sequentibus ita est intelligendum. Confirmari etiam potest ex capite Cogitatio, eadem d.¹⁸⁴, quod est Gregorii, et ita habet: Cogitatio non meretur poenam lege civili, cum suis terminis contenta est. Vel consensus voluntatis non increetur poenam apud homines cum non prodit in actum externum, sed bene apud Deum ut exponit Glossa. Confirmari praeterea potest, quia in toto corpore iuris numquam pro solo actu interno invenitur statuta aliqua puen*a*. Quare ex usu ipso et pietate Ecclesiae, et ex eu*quod* Summi Pontifices vident communinem multo opinionem esse in Ecclesia poenas non posse statui aut incurri pro solo actu interno dum manet occultus. credendum [f. 239r] est mentem Summorum Pontificum non esse statuere aliquam penam pro puen*a* actu interno, quidquid sit utrum possit aut non possit, quid alio loco disputandum est¹⁸⁵. Decepta autem est Glossa, Clementina 1.², de haereticis paragrapho Verum¹⁸⁶, existimans ibi expositionem esse puen*a* excommunicationis pro actu interno, ex eo quod textus statuit puen*a* excommunicationis latas sententiae inquisitoribus qui odii grata, amoris lucri aut compliciti temporalis obtentu contra iustitiam et conscientiam suam omiserint contra quemcumque procedere, ubi fuerit prouerendum, circa haereticam pravitatem, aut quod impediverit officium inquisitionis, alicui imponendo eum, ea in parte praesumperint quoquo modo vexare. Hoc enim in loco poena excommunicationis procedendi pro omissione externa quando tenetur (si ad sint conditio*nes* quae praesup*it*tuntur) tum etiam pro crimine externo vexandi aliquem ei imponendo crimen haereticos aut quod impedierit officium inquisitionis imponitur, non vero pro solo actu interno odii aut amoris, ut manifeste patet intuitu

1. Ms. externo.

¹⁸⁴ M. C.I.C., c. 20, D. 1, de puen.: ed. Friedberg, 1, 1163; ed. Roma 1582, 1, 2196. m-i (la Glossa).

¹⁸⁵ Luis de Melina probablemente ha tratado al hablar del Ius criminal cum en el comentario a la q. de la II. II. No hemos podido consultar los ms. de Lisbon sobre esta materia. Nada en el de iustitia et iure

¹⁸⁶ Véase la nota 172.

siae [f. 240v] nisi in ordine ad sacramentum Poenitentiae, et ob id nun videtur incurti excommunicatio. Concilium Tridentinum, sess. 24, cap. 6¹⁹⁰ concessit Episcopis facultatem absolvendi per se ipsos tantum ab haereti quae procedit in actum externum actuus externo est manifestata, modo haeresis sit occulta. Audio bullam Coenae Domini expeditam esse a Gregorio XIII¹⁹¹ et esse iam in hoc regno, notandum tamen ad meas manus pervenit, ut viderem si esset in ea aliqua clausula que eis admiseret hanc potestatem. Dico hoc quoniam in bulla Pii V praeterita¹⁹², adempta eis videtur, eo quod in clausula illa reservationis inquisidores haereticis pravitatis absolvere possunt in foro conscientiarum ab huiusmodi haereti, et concedere confessario ut absolvat, quia id est in more posito, et id asserunt Gondisalvus a Villadiego, in tractatu de haereticis, q. 20¹⁹³ Archidiaconus¹⁹⁴, Ioannes Andreas¹⁹⁵, et Dominicus super cap. ultimum de haereticis, lib. 6¹⁹⁶, et Covarrubias, loco citato¹⁹⁷, et ita facendum ease admonet Instructio Hispaniensis, cap. 5¹⁹⁸; debet tamen haereticus secreto abjurare ibi haeresim.

190. *Concilium Tridentinum*, sess. 24, c. 6; COED, 764, 10-11.

191. *Decretales XIII*, Bulla *Conseverant Romani Pontifices*, § 23; *Bullarium Romanum* (ed. Taurinensis), t. I, Turin 1863, pp. 417s. La reserva al Romano Pontifice es absoluta, sin expresar ninguna excepción.

192. Debe referirse al Motu proprio de Pro V, *Inter multiplices curas*; BR (ed. c.), 7, 499-502.

193. GONZALO GARCÍA DE VILLADIEGO, *Tractatus contra haereticam pravitatem*, q. 20; Salamanca 1518, ff. 17v-19v. Mención de los Inquisidores, f. 19r b: pueden absolver aun de las sentencias promulgadas por el Papa.

194. GUISO DE BAYSTO [Archidiaconus], *Super Sexto Decretalium*, de haereticis, c. Statuta; Lyon 1534, f. 112r a.

195. IOANNES ANDRAKAS, *Commentarii insignes (vulgo Novella) in Sextum Decretalium*, de haereticis, c. Ne aliqui, n. 2; Lyon 1550, f. 104v. Véase, ib., c. Per hoc, n. 2; f. 106v. *In quintum Decretalium librum Novella Commentaria*, in V. de haereticis, c. 8 (Ad abolendam), n. 14; Venecia 1581, f. 48v.

196. DOMINICUS DE SANTO GEMINIANO, *In Sextum Decretalium volumen Commentaria*, c. Ne aliqui, de haereticis, n. 3s; Venecia 1578, f. 233r a; tiene jurisdicción delegada, no ordinaria. Véase c. Per hoc, ib., n. 1; f. 276v.

197. Véase la nota 181.

198. *Instrucción primera de la Inquisición de España* dispuesta por orden del primer inquisidor general Fray Tomás de Torquemada en Sevilla a 29 de noviembre de 1484, § 5: «... E no deben recibir á ninguno á abjuración y pena secreta, salvo si el pecado fuere tan oculto que no lo supo otra persona, ni lo pudo saber salvo aquél que lo confiesa: porque en tal caso podrá qualquier de los inquisidores recomendar y absolver secretamente á la tal persona, cuyo error y delito fué y es oculto, y no es revelado, ni por otra persona se les podía revelar, porque así es de derecho» (JUAN ANTONIO LLERENTE, *Anales de la Inquisición de España*, t. I, Madrid 1812, p. 372).

Interius quaeritur in hac materia utrum qui exterritus facit actionem aliquam infidelitatis aut idolatriae sive errore interius in fide includat in hanc excommunicationem haereticis statutam, ut si constitutus inter infideles exteriorum neget fidem eam tenendo interiorum aut si adoret sepulchrum Mahometi aut circumcidetur fide catholica interiorum retenta. Calelanus, intra q. 94, art. 1^o^{mo}, affirmit, quia quemadmodum si quis metu fornicetur aut percutiat clericum vere fornicatur et percudit clericum incurritque excommunicationem percussoribus statutam, ita qui interiorum init facere actum infidelitatis aut idolatrie est infideli, idolatra atque apostata a religione christiana et ob id incurrit excommunicationem haereticis et apostatis statutam. Contrarium tamen dicendum est cum videlicet, licet graviter peccet, haereticum non esse, ut patet ex dictis art. 2, disp. 2^{mo}, quandoquidem ad haeresim error [I. 241r] intellectus requiritur. Quare non incurrit excommunicationem haereticis statutam. Hoc ipsum affirmat Navarrus, in Manueli, cap. 11, n. 24 et 25^{mo}; Sylvester, verbo Haeresis 1^o, q. 6^{mo}; Alexander Alensis, 2 p., q. 83, membro 2^{mo}. Armilla, verbo Haeresis, paragrapo 4^{mo}; Angelus, verbo Haereticus, paragr. 3^{mo} et Fabiensis verbo Apostasia, paragr. 3^{mo}. Et ad rationem Caelani neganda est similitudo, quia qui metu fornicatur, vere fornicatur, et qui metu percudit clericum, dolens quid percudit, vere est percussor clerici, et ob id incurrit poenas percussoris clerici. At vero qui sine errore in intellectu negat fidem aut tacit actum exterrum infidelitatis aut idolatriae non est haereticus neque apostata a fide christiana quam interiorus retinet, ut patet ex dictis in superioribus; et ob id non incurrit excommunicationem haereticis et apostatis statutam. Confiterer ego eum qui

199. THOMAS DE VIO, *Commentarii in II. II.*, q. 94, n. 1, II et III: ed. Leonina, 9, 305 s.

200. Véase las págs. 1838-1840s.

201. MARTIN DE AZPILQUETA *Enchiridion sex Manuale confessariorum*, c. 11, n. 27; ed. Operum c. I, pp. 92s.

202. SILVESTER A PEJEMBRI, *Summa scholastica*, v. Haeresis 1, q. 6, n. 2: ed. c. 479 b.

203. ALEXANDER HALENSIS, *Summa theologica*, Inq. 3, tr. 8, sect. 1, q. 1, tit. 3, c. 1 ad 2: ed. Quaracchi, t. 3, 1830, p. 740 a. Es el texto que hemos podido encontrar que más se parece a lo que Molina refiere.

204. BARTHOLOMAEUS FUMUS, *Summa armilla*, v. Haeresis, n. 4: Lyon 1594, pp. 519s.

205. ANGELUS A CORTASSO, *Summa angelica*, v. Hereticus, n. 3: ed. c. fons 33, f. 370v.

206. JOANNES TARIENSIUS, O. P., *Summa Tholonica*, v. Apostasia, n. 6: Venezia 1572, p. 101 b.

sine errore in intellectu exterius exhibet cultum idolis (ut Marcellinus exhibuit) idololatram esse, quia vere vult exercere et excusat actum idololatriae, hoc est, exhibendi cultum Idolis, qui actui virtutis religionis opponitur, et ob id concederetur excommunicationem incurrire si idololatrie actibus excommunicatio esset statuta; attamen nego eum haereticum esse aut apostolatum a fide Christi.

**Utrum credentes haereticis et receptatores,
fautores ac defensores haereticorum sint
ipso facto excommunicati.**
Disputatio 2.^a

Credentes haereticis, receptatores, fautores et defensores haereticorum sunt etiam ipso facto excommunicati, ut patet ex capite *Excommunicamus*, paragrapho *Credentes*, extra, de haereticis²⁰⁷. Haec tamen excommunicatione reservata non erat *Sutnissi Pontifici*, mode vero simul cum haereticis excommunicantur in bulla *Coena Domini*²⁰⁸, estque priorum excommunicatione reservata *Summo Pontifici*.

Ad inquisidores haereticae pravitatis pertinet non solum procedere adversus haereticos et adversus diffamatos aut suspectos de haeresi, sed etiam adversus credentes, receptatores, fautores et defensores haereticorum, ut patet [i. 241v] ex capite *In fidei*²⁰⁹, et capite *Ut officium, de haereticis*, libro 6²¹⁰. Et etsi fautores haereticorum clerici aut religiosi slot, incarcerare et punire eos possunt, ut patet capite *Accusatus*, paragr. ultimo, de haereticis, libro 6²¹¹. Praeterea adversus credentes, receptatores, et fautores haereticorum, sicut etiam adversus ipsos haereticos et suspectos de haeresi admittuntur in testes etiam excommunicatione, participes et socii criminis, atque in favorem fidei, ut capite *In fidei, de haereticis*, libro 6²¹², patet. Praeterea admittuntur, etsi ante fuerint periuri, negantes suum et aliorum crimen ut patet capite *Accusatus*, paragr. Licet, endem titulo²¹³, adhibitis tamen cautelis quae his duobus capitibus proxime citatis praecipiuntur. Proce-

207. C.I.C., c. 13, X, de haereticis, V, 7: ed. Friedberg, 2, 788.

208. Gregorius XIII. Bulla *Conseverant Romani Pontifices*, § 1 y 23: *Bullarium Romanum* (ed. Taurinensis), t. 8, Turin 1883, pp. 413 y 417s.

209. C.I.C., c. 5, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1071.

210. C.I.C., c. 10, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib., colis. 1073ss.

211. C.I.C., c. 8, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib., colis. 1071s.

dere etiam possunt inquisidores adversus impedientes officium inquisitoris, ut colligitur ex Clementina 1.^a, paragr. Verum de haereticis²¹², non obstantibus quibuscumque privilegiis etc.; additum fuit de novo in fine fere clausulae: a cuiusvis concilii generalis canonibus vel decretis. Per quae verba adempta videtur Episcopis facultas illa concessa in concilio Tridentino absolvendi per se ipsos ab heres, et per se ipsos aut Vicarium ad id deputatum a caeteris omnibus casibus inter quos computantur omnes Coenae Domini²¹³. Cum enim editio illa sit post Concilium Tridentinum, et de novo facta, ita quod in bulla praecedente Coenae Domini non erat, certe annihilari id videtur, appositaque ad suspendendam facultatem illam in concilio Tridentino Episcopis datam.

Inquisitores ergo qui odii gratia vel amoris, lucri vel communi- di temporalis obtentu contra iustitiam vel conscientiam suam umiserint contra quemque procedere ubi fuerit procedendum super criminis haereticae pravitatis, aut obtentu eudem pravitatem ipsam, aut quod impedit officium Inquisitionis, ei imponendo, eum praesumpserint hac in parte vexare, sunt [f. 242r] ipso facto excommunicati, et reservatur excommunicationis Summo Pontifici, praeterquam in mortis articulo et satisfactione praemissa; et Episcopus aut superior Episcopo qui in idem crimen incident est suspensus ab officio per triennium praeter alias poenas ita delinquentibus imponendas. Hac omnia patent Clementina 1.^a, paragr. Verum de haereticis²¹⁴.

Explicandum est hoc loco quid nomine credentium, receptatorum, sautorum et defensorum haereticorum intelligatur ut incurrunt sententiam excommunicationis. Atque in primis in genere dicendum est, cum Caletano, verbo Excommunicatione, capite 1.²¹⁵; Navarro, in Manuali, cap. 27, num. 56²¹⁶ et plerisque aliis, intelligi eum qui credit, recipit, favet, aut defendit alium qualius haereticus est, hoc est, in causa vel negotio haeresis. Unde si quis recipiat aliquem consanguineum haereticum, ut illum occultet ab inquisitoribus, esto id facial quia consanguini-

212. C.I.C., c. 1, in Clementinis, de Haereticis. V. 3: ib., col. 1182.

213. GREGORIUS XIII, Bulla Catecheverunt Romanu Pontifices. § 23: ed. c., pp. 417s.

214. THOMAS DE VIO, Summa peccatorum, s. Excommunicatione, c. 1: ed. c., II, 68v-69r.

215. MARTIS DE AZPILICUETA, Encyclopedie seu Manuale confessariorum, c. 27, n. 55: ed. Operum, 1, 472.

beus est, si quis displicet haeresis illius, eumque conetur convertere ad fidem, est nihilominus receptator et fautor haereticus ac proinde excommunicatus, quia illum recipit et ei faveret in negotio haeresis. Si vero ignorans esse haereticum et quaeri ab inquisitoribus illum reciperet et occularet, putans illum ubi alium delictum quaeri a iudicibus saecularibus aut in aliquo alio negotio quam in negotio fidei ei faveret, non diceretur receptator aut fautor haereticus, neque esset excommunicatus. Deinde vero aliquid de singulis dicendum est in particulari.

Quod ergo attinet ad credentes convenienter doctores eum qui sine pertinacia fidem exhibet alicui haeretico in errore aliquo fidelis contrario, nesciens adversari fidei catholicae ut eam protitetur Ecclesia neque esse excommunicatum neque in foro conscientiae appellandum esse cre[1. 242v]identem, aut incurrire ceteras poenas credentibus haereticis statutas; in foro autem exteriori pensata qualitate personae erroris atque magistri a quo doctus est talem errorum, iudicandum est an cum pertinacia vel sine pertinacia adhaeserit ita docenti. Convenienter praeterea eum qui cum pertinacia fidem exhibet alicui haeretico in errore aliquo aut in aliquibus erroribus fidei contrariis, non solum credentem, sed haereticum esse incurriere poenas omnes haereticorum. Atque de huiusmodi credentibus intelligunt caput Excommunicatus 2, paragrapho ultimo, extra, de haereticis, ubi Gregorius IX ita inquit: Credentes autem eorum (haereticorum scilicet) erroribus haereticos similiter indicamus²¹⁶. Addunt vero Castrus, libro 1.^a De iusta haereticorum punitione, capite 17²¹⁷, Sylvester, verbo Haeresis 1.^a, q. 7²¹⁸; Iacobus Simancas, in Catholicis institutionibus, titulo 15²¹⁹, eum qui cum pertinacia in genere credit eos quos videt ab Ecclesia reputari haereticos, viros bonos esse atque verum dicere, in particulari vero nullum eorum errorum sit aut credit, esse credentes; qui ab haereticis distinguuntur in iure et mitiori poena puniuntur quam haereticos. Placeat tamen magis dicamus cum Navarro. In Manuali, capitulo 27, num. 56²²⁰ eos haereticos esse incurriere poenas haereticorum,

216. C. I. C., c. 15, X, de haereticis, V, T: ed. Friedberg, 2, 719.

217. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione. I, I, c. 17: ed. c., ff. 55v-56r.

218. SILVESTER A PRIORIO, Summa summarum, v. Haeresis I, n. 9: p. 479 b.

219. DIESCO DE SIMANCAS, Institutiones catholicæ, c. 15, n. 2: ed. c., E. 57r.

220. Véase la nota 215.

licet intra limites haereticorum mitius quam alii haeretici puniendi sint. Quo illi ut ad maiorem explicacionem exprimantur credentes haereticis quam haeretici excommunicantur aut eis poena alia statuitur. Moveor autem primo, quia Gregorius IX, loco citato²²¹, absolute dicit credentes haereticorum erroribus haereticos esse. Et 2.^a, quia huiusmodi credentes non minus cum pertinacia errant in fide credentes formaliter aut virtute Ecclesiam errore contrarium asserendo aut sequendo, quam errant cum pertinacia il qui eum pertinac[243r]cia dubii sunt in fide. Quare cum hi, si baptizati sint, haeretici sint amittantque habitum fidei internum et incurvant poenas haereticorum, fit ut huiusmodi credentes haeretici sint, amittantque habitum fidei et incurvant poenas haereticorum. Et confirmatur, quia nihil illis deest eorum quae art. 2, disp. 2²²², diximus requiri ad rationem haereticorum. Advertunt praeterea autores citati, tum etiam Turrecremata, 4 libro, p. 2, cap. 21²²³, Archidiaconus²²⁴ et Dominicus²²⁵ supra caput Quicumque, de haereticis, libro 6, non solum ex verbis et propria confessione convinci aliquem credentem haereticis in foro exteriori sed etiam ex factis, ut si eorum ritus admisserit, ut colligitur ex capite Filii, de haereticis, libro 6²²⁶. Nec refert dictis an factis quis voluntatem suam ostendat, ex operibus namque exterioribus iudicari licet de affectu interiori, ut patet lege Dolum, Cod. de dolo²²⁷. Quae autem sint alia facta ex quibus tamquam credens haereticis quis condemnari possit aut tamquam suspectus hac in parte de haeresi, quoniam ad forum exterius id pertinet, vide apud autores citatos.

Receptator haereticus dicitur qui domi aut in terra sua scienter eum recipit, semel aut pluries, clam aut patenter, ut evadat careerem, vexationem, et penam ob haeresim debitam.

m. Lectura probabile.

221. Véase la nota 216; ib., § 1.

222. Véanse las págs. 193-202 1945-554.

223. JUAN DE TORQUEMADA, O. P., Summa Ecclesiæ, I, 4, p. 2, c. 21; Salamanca 1566, p. 502 1.

224. GUILLO DE BAYSTO, Super Sexto Decretalium de haereticis, c. Quicumque haereticos, n. 2; Lyon 1534, f. 107v a.

225. DECETRICUS ex SANCTO GEMINIANO, O. C., c. Quicumque, n. 6; ed. c., f. 267v ba.

226. C.I.C., c. 3, in Sexto, de haereticis, 1, 2; ed. Friedberg, 2, 1070.

227. C. 2, 21, 6 ed. Mommsen-Krüger ("Berlin 1963"), 2, 109 a.

aut ut eum permittat talem haeresim disseminare. Ita Sylvester²²⁸, Castrus²²⁹, Iacobus Symancas²³⁰, locis citatis, et doctores communiter. Consonant lex 1 et 2²¹, ff. de receptatoribus²³¹ et lex 1 et 2 Cod. De his qui latrones occultant²³². Unde sunt excommunicati, esto consanguinei sint coniunctissimi haereticorum; in negotio enim fidei cessant omnia iura propinquitatis. De aliis poenis civilibus receptatorum haereticorum vide Symancam titulo 15, n. 14²³³, ut puta consanguineos miti[us] 243v[er]o poena puniendos quam alios; et consonat lex 2 ff. de receptatoribus²³⁴. Quod si quis ignorans aliquem esse haereticum, eum reciperet et occultaret, non esset receptator neque incurreret poenam aliquam in foro conscientiae, neque etiam in foro exteriori, nisi praesumeretur scienter recepisse. Ad quem autem pertineat probare ignorantiam in foro exteriori, vide Symancam, loco citando²³⁵. Si autem aliquis sciens aliquem esse haereticum, cum reciperet ad alium finem bonum aut etiam occultaret, ut evaderet manus inimici vel iudicis qui eum capere velit ob aliud crimen, non esset receptator haereticorum neque incurreret poenas receptatorum haereticorum.

Fautores haereticorum dicuntur illi qui scientes aliquem esse haereticum, ei favent in crimine aut causa haereses. Unde fautores haereticorum sunt. 1.º inquisitores et alii officiales Sancti Officij qui haereticos non capiunt, puniunt et qui non procedunt contra ipsos, ut tenentur iuxta officium culusque. Unde excommunicatione illa supra citata adversus inquisitores ex Clem. 1.º de haereticis²³⁶, quoad primato sui partem; hodie est etiam excommunicatione de Coena Domini²³⁷.

228. SILVESTER ex Priesio. Sutoria sumptuaria. v. Haeresis I. n. 10: pp. 479s.

229. Véase la nota 217.

230. Véase la nota 219.

231. C. 9, 30, 1 et 2: ed. Mommsen-Krüger², 387s. D. 47, 18, 1 et 2: ed. Mommsen-Krüger², 838.

232. C. 9, 39, 1 et 2: ed. Mommsen, 387s. (Berlín 1911).

233. D. DE SYMANCAS, Institutiones catholicae, c. 15, n. 14: ed. c. Inota 219. f. 59r; y n. 18: Ib.

234. Véase la nota 231.

235. C.I.C., c. 1, § 4. In Clementinis, V. 3: ed. Friedberg, 2, 1182.

236. Clemens XIII, *Bulla* cit. (n. 1911. § 1: ed. c., p. 413. No habla expresamente de ellos; pueden incluirse en la palabra *defensores*, como explican los autores.

2.^o Fautores haereticorum sunt domini temporales et ministri iustitiae saecularis qui non puniunt, capiunt, et qui sinunt fugere haereticos, et delique qui non exequuntur circa comprehensionem et punitionem haereticorum quaecumque ex officio incumbit facere aut facere requiritur ab inquisitoribus haereticae pravitatis. Ita Sylvester, verbo Haeresis 1^o, q. 7²³⁷; Turrecremata, 4 libro, p. 2. cap. 21²³⁸; Castrus, libro 1.^o De iusta haereticorum punitione, cap. 17²³⁹; et communiter doctores. Et probatur ex capite Qui potest, 23, q. 3²⁴⁰, et capite Praeterea, 23, q. 8²⁴¹; quae capita potissimum trahuntur de his qui tenentur ex officio. Pavet etiam maxime caput Ut officium, de haereticis lib. 6, paragr. ultima in fine²⁴². Vide etiam caput Ad abolen-
dam²⁴³ et caput Excommunicamus²⁴⁴ 1^o; et paragraphe Monen-
tiantur extra, de haereticis. Quare hi omnes sunt excommunicati
non solum iuxta caput Ut inquisitionis, de haereticis, lib. 6²⁴⁵,
ubi expresse excommunicantur, sed etiam excommunicatione mi-
lliae Coenae Domini²⁴⁶; capite vero illo Ut inquisitionis²⁴⁷ non
solum excommunicantur quando contra haereticos non procedunt,
sed etiam quando non procedunt contra credentes, receptatores,
et autores eorum. Et additur: Quod si excommunicationem per
animum animo sustinuerint per inaci ex tunc velut haereticici con-
demnentur. Secundum Sylvestrum, loco citato²⁴⁸, Archidiaconum²⁴⁹
et Dominicum²⁵⁰ capite Quicunque, de haereticis, libro 6, si prac-
lati quibus id incumbit, ex avaritia, ne sumptus faciant aut ne-
gligentia non faciant carceres pro custodia haereticorum, non di-
cuntur fautores eorum; secus autem si in eorum favorem et
gratiam eis non facerent.

— 237. SILVESTRUS DE PRIERIO, Summa auerbiacionis, v. Haeresis 1, n. 10: 400 a.

238. JOAN DE TORQUEMADA, Summa Ecclesiastica, 1. 4, p. 3, c. 21; p. 592 b — 593 a.

239. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, 1. 1, c. 17: ff. 56v-57.

240. C.I.C., c. 8, C. XXIII, Q. 3; ed. Friedberg, 1, 800.

241. C.I.C., c. 12, C. XXXIII, Q. 3; ed. Friedberg, 1, 955.

242. C.I.C., c. 11, in Sexto, de haereticis, V, 2; ed. Friedberg, 2, 1074.

243. C.I.C., c. 9, X, de haereticis, V, 7; ed. Friedberg, 2, 780ss.

244. C.I.C., c. 13, X, de haereticis, V, 7; ib., 788.

245. C.I.C., c. 18, in Sexto, de haereticis, V, 2; ib., 1077.

246. GREGORIUS XIII, Consueverunt Romani Pontifices, § 1; BR, 8, 413.

247. Véase la nota 237.

248. Véase la nota 234; f. 107 b

249. Véase la nota 225, n. 10; f. 200r a.

3.^a Testes requisiti in negotio haereticis, si silent veritatem ne haereticis puniantur, fautores sunt haereticorum iuxta Castrum²⁵⁰ et Sylvestrum²⁵¹, locis citatis. Idem credo dicendum esse de his qui iuxta edictum inquisitorum non denuntiant de his quos sciunt esse haereticos. Nam hi tenentur denuntiare non solum lege charitatis, sed etiam iussi et requisiti, si non in particulari saltem in genere a potestate publica atque a vero iudice. Quare credo eos esse excommunicatos non solum excommunicatione imposita ab inquisitoribus, sed etiam excommunicatione de Coena Domini tamquam fautores haereticorum.

4.^a Qui intercedunt apud principem ne haereticus puniatur aut quoquo modo intendunt punitionem aut capturam haereticorum impediunt, iuxta Castrum²⁵², Archidiaco[f. 244v]num²⁵³ et Dominicum²⁵⁴ locis citatis, et Tabicensem, verbo Excommunicatio 5. casu 4, paragr. 8²⁵⁵.

5.^a Qui scienter vehunt in navibus suis haereticos fugientes, aut eis praebent equum aut auxilium, vel eis praestant modum aut auxilium fugiendi e carcere; item qui haereticos monent ut haec faciant aut ut se abscondant ne comprehendantur aut puniantur aut quovis modo in criminis aut causa haeresis eis favent. Praeterea, iuxta Sylvestrum²⁵⁶ et Turrecrematam²⁵⁷, locis citatis, qui eos laudent atque exultant scientes esse haereticos, ut qui dicunt eos esse viros christianos aut non esse tales quales dicuntur; haec namque alliciunt simplicium animos ad devotionem eorum, eodemque simplices abducunt a devotione Ecclesiae.

Defensores haereticorum sicut fautores etiam sint, plus atque addunt quo damnabiliores et peiores esse solent, unde claritatis gratia distinguuntur a fautoribus. Qui cum pertinacia defendunt haereticos quoniam errores eorum non solum sunt defensores haereticorum, sed veri haereticorum, unde peccas omnes haereticorum incurrit, Imo damnabiliores sunt his qui cum pertinacia ipsi

250. Véase la nota 239: l. 56r.

251. Véase la nota 237.

252. Véase la nota 239: f. 57v.

253. Véase la nota 224: f. 107 b.

254. Véase la nota 235.

255. IOANNES (CAGNAZZO) TABIENAS, O.P., *Summa tabienae*, v. Excommunicatio 5. casu 4, 5 8, n. 9: p. 1, Venecia 1572, pp. 607ss.

256. Véase la nota 237.

257. Véase la nota 238.

soli errant in fide, ut Urbanus ait 24, q. 3, capite *Qui alij trahiuntur*²⁵⁸. Defensores haereticorum sunt hi qui vi, rebus, armis aut allo quovis modo eos defendunt in crimine aut causa haeresis, esto non consentiant iporum erroribus, ut qui eos defendunt ne prohibeantur praedicare et docere suos errores vel ne comprehendantur aut puniantur, etc. Item defensores haereticorum sunt advocates et tabelliones qui scientes eos esse haereticos eos defendunt in iudicio vel instrumenta eis confidunt in ipsorum defensionem in causa haeresis, et non solum sunt excommunicati in bulla [f. 245r] *Coenae Domini*²⁵⁹ sicut caeteri defensores hereticorum, sed etiam sunt infames et suspensi ab officio; et eandem poenam inflamiae et suspensions incurunt si id faciant in detensionem credentium, fautorum aut defensorum haereticorum, ut patet ex capite *Si adversus, extra, de haereticis*²⁶⁰. Antequam autem eis constet aliquem esse haereticum illicitum non est eius causam defendere, ut *Castrus*, loco citato²⁶¹, probe explicat; unde quamvis defensus de crimen haereseos praebea convincatur, advocates, tabelliones aut notarii qui in eadem causa cum defensabant non censebuntur fautores haereticorum.

De pena confiscalevis honorum haereticorum Disputatio 3.

Alia haereticorum poena est quod ipsorum bona a die commissi delicti sunt ipso iure seu ipso facto confiscata. Confiscatio tamen executio seu bonorum haereticorum occupatio fieri non debet per principes aut alios dominos temporales antequam per inquisidores aut aliam personam ecclesiasticam ad id potestatem habentem sententia super crimen haeresis fuerit promulgata. Haec habentur cap. Cum secundum leges de haereticis lib. 6²⁶². Considerantur vero bona haereticorum et si post mortem haereticus de crimine haeresis damnetur, ut patet capite *Accusatus paragr.* In eo vero, de haereticis, lib. 6²⁶³. Favet etiam lex Manichaeos, cod.

258. *C.I.C.*, c. 32. C. XXIV, Q. 3: ed. Friedberg, 1, 899.

259. *GRIGORIUS XIII*, Bulla *Conseverunt Romanii Pontifices*, § 1: n. et generaliter quoslibet defensores...: BR (ed. c., nota 191), p. 413.

260. *C.I.C.*, c. 11, X, de haereticis, V, 7: ed. Friedberg, 2, 784.

261. Véase la nota 239.

262. *C.I.C.*, c. 19, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1077.

263. *C.I.C.*, c. 8, § 7, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1072.

Véase también la nota 270.

de haereticis. Dos vero uxoris catholicae non confiscatur propter crimen mariti, nisi uxor contraxerit cum viro quem sciebat esse haereticum; hoc enim in casu simul cum bonis viri confiscatur dos uxoris, ut patet capite Decrevit, de haereticis, libro 6²⁴. Vide etiam Symancam, in Institutionibus catholicis, titulo 9, numero 93²⁵, si decisionem aliquarum difficultatum circa bona uxoris in hoc casu desideras.

[f. 245v] Capite Vergentis²⁶ et capite Excommunicamus²⁷ paragr. Damnati extra de haereticis et in autentico Gazatos cod. de haereticis²⁸ praecipiuntur etiam confiscari bona haereticorum, per quae iura, et maxime per caput Cum secundum leges²⁹, antiquata sunt iura antique quae praecipiebant fideles filios non excludi a bonis parentum haereticorum, de quorum iurium numero sunt caput Tua et in 1, 4³⁰ ex concilio Toletano 4³¹ lex Manichaeca³² et lex Cognovimus³³ et autenticum idem Cod. de haereticis³⁴. Est vero severa haec lex confiscationis bonorum iustissimorum ut acerbitate tantae poenae et quod videant filios suos non solum infames sed et pauperes ac perditos post se relinquere, arceantur homines a tanto delicto Si enim eadem poena iuste pro crimine lesae maiestatis terrena statuta est lege Quisquis Cod. ad legem Julianam maiestatis³⁵ et pro aliis etiam criminibus, ut ait caput Cum secundum leges³⁶ citatum, quanto aequius pro crimine lesae maiestatis coelestis atque pro crimine devastante et dividente religionem christianam statuerit maxime cum etiam a Deo ipso filii pro peccatis parentum temporaliter puniantur iuxta illud Exod. 20³⁷; Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam et quartam generationem, ut ait cap. Vergentis

264. C.I.C., c. 14, in Sexto, de haereticis, V. 2: ib., col. 1075.

265. DIXON DE SIMANCAS, *Institutiones catholicae*, c. 9, n. 93ss: ed.e, ff. 32v-38v.

266. C.I.C., c. 10, X, de haereticis, V. 7, ed. Friedberg, 2, 782s.

267. C.I.C., c. 13, § 1, X, de haereticis, V. 7: ib., col. 787.

268. Es la Autentica correspondiente a C. I. 5, 18, de Pridericus II. § 5. Puede verse en la ed. de Fr. Cramer, Basilea 1736, t. 2, p. 58.

269. Véase la nota 262.

270. C. I. 5, 4: ed. Mommsen-Krueger³⁸, p. 51 s.

271. Concilium Toletanum IV, 41: ed. Vives, p. 28. Concelliorum omnium... t. 2, cn. 60: p. 204 b.

272. Véase la nota 270.

273. C. I. 5, 19: ed. Mommsen, p. 58.

274. Nov. 108, 1: ed. Mommsen, pp. 518s.

275. C. 9, 8, 5: ed. Mommsen, pp. 373s.

276. C.I.C., c. 19, in Sexto, de haereticis, V. 2: ed. Friedberg, 2, 1077.

277. Ex 20, 5.

citatum²⁷⁸. Quod si plures causas justae severitatis huius legis videre desideras, lege Castrum. De iusta haereticorum punitione, lib. 2, cap. 6²⁷⁹ et Symancam titulo citato in principio²⁸⁰.

Proprietas haeresimi clerici bona Ecclesiae non sunt applicanda fisco etiam ecclesiastico, et qui scelens id attentaverit est ipso facto excommunicatus, neque potest absolvitur antequam satisfaciatur Ecclesiae cuius sunt illa bona. ut patet Clementinum, Nolentes, de haereticis²⁸¹, capite Excommunicamus 1.²⁸² paragrafo Dammati, extra, de haereticis²⁸³ [C. 246r] praecipitur ut bona clericorum qui de haeresi damnantur applicentur Ecclesiae a quibus stipendia acceperunt. Quod intelligi: Sylvester verbo Haeresis 1.²⁸⁴ q. 8²⁸⁵ de bonis eiusdem Ecclesiae aut stipendio Ecclesiae comparatis, alia autem bona clericorum ut patrimonium eorum et alia huiusmodi dicit applicanda esse fisco ecclesiastico et non saeculari. Unde Abbas, Fellinus²⁸⁶ et plerique alii in dicto paragr. Damnati dicunt huiusmodi bona ad Episcopum pertinere, ita tamen ut ea distribuat in pios usus. Porro distributionem illarum botiorum clericorum facit cap. Relatum, extra, de testamentis²⁸⁷, ravelisque decisione illius capitulis iudicis decisioni et sententiae.

Jacobus Symancas titulo illo 9 citato n. 92²⁸⁸ affirmat iam hodie huiusmodi bona clericorum haereticorum ad fiscum pertinere saeculare pro alimentis eorumdem clericorum poenitentiam et aliorum pauperum et solaris atque aliis imperiis sancti officii mixta extravagantem quandam Bonifacit ab Ocio, titulo de haereticis, n. 33 citata, q. 2²⁸⁹; idque in more exposuit esse dicti: in Hispania atque pro hac sententia citat plures autores, immo num. 90 affirmat²⁹⁰ quod cum clericis verum dominium habeant fructuum

278. Véase la nota 286.

279. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione* I. 2, r. 3: ff. 85v-86r

280. DRECO DE SIMANAS, *Institutiones catholicae*, c. 9, nos. 1-7: ff. 15v-17r

281. C.I.C. c. 2, in Clementinis, de haereticis, V. 3. ed. Friedberg, 2, 1182s.

282. C.I.C. c. 13, § 1. X, de haereticis, V. 7: ed. Friedberg, 2, 787

283. Sylvestris & Petronio, *Summa summarum v. Haeresis* I, r. 13: 2. 480 b.

284. NICOLAE TIBESCHI, *Super Quinto Decretalium*, tit. 7, r. 13, § 1, n. 1: Venecia 1569, f. 119v b.

285. PELLINUS SANCTUS, *Commentariorum in Decretalium libros V, Pars tertia* m. V, tit. VI, c. 13: Venecia 1584, cols. 1002s. Cf. etiam, c. 10: ib., col. 998.

286. C.I.C. c. 12. X, de testamentis et ult. vol., III, 26: ed. Friedberg, 2, 541s.

287. DIEGO DE SIMANAS, *Institutiones catholicae*, c. 9, n. 17ss: ff. 18v-19r.

288. In, ib., n. 112. I. 37r-v.

suorum beneficiorum, et moribus ac legibus Hispaniae receptum sit ut clerici libere etiam in ultima voluntate possint eos alienare et distribuere, optime propter hacresim clericorum possunt confisari. In hoc tamen regno libet idem fieri possit quod in regno Castellae illud propter extravagantem illam Bohemiaci, ex quod inquisitoribus huius regni concessa sint omnia privilegia quae aliis inquisitionibus sunt concessa, etiamen hactenus in more non est positum ut aliter confiscentur bona clericorum quam iuxta ius ibi contentum, illis capitibus citatis.

Illud addam quod attinet ad receptatores, fautores et defensores haereticorum qui haeretici non sunt, cap. Accusatus [I. 248v] paragrapho Si vero, de haereticis, lib. 6¹²⁸, statutum esse ut obligaverint bona sua inquisitoribus ad recipiendam et completandam poenitentiam ab eis imponitam; et imposita poenitentia de ipsorum bonis implenda, discesserint ex hac vita ante quam illam impluant, haeredes aut illi ad quos bona illa transferint, tenentur de illis bonis eas implete, quia bona illa ad eos transeunt cum illo onere. Quod si antequam eis esset imposta poenitentia discesserint ex hac vita, haeredibus non est intungenda satisfactione pro delicto defuncti.

Utrum haeretici statim a tempore commissi delicti teneantur in loro conscientiae tradere omnia bona sua fisco ante latam sententiam.

Disputatio 4.

Casius, 2 libro De iusta haereticorum punitione, cap. 8¹²⁹, et Caius libro 2 de lege penal, capite 10¹³⁰, affirmat haereticos et in universum eos qui ipso iure aut ipso factu lege aliqua damnantur poena amissionis bonorum tetiberi sub reatu peccati mortalis tradere illa disco statim ac commiserint delictum pro quo talis poena est statuta, non spectata sententia condemnationis. In eadem sententia sunt Panormitanus, capite Canonum, de cons-

128. *C.I.C.*, c. 8, § 6, in Sexto, de Haereticis, V, 2: ed Friedberg, 3, 1072.

129. Alfonso de Casio, *De iusta haereticorum punitione*, I, 2, c. 8: ff. 98r b — 99r u.

130. Item, *De potestate legis portula*, I, 2, c. 10: ed. Operum, I, 2, Madrid 1773, pp. 378 a E — 389 b C.

titutionibus²⁹¹, et capite Delicti de arbitris²⁹², euroque sequantur Pelnus. Illo capite Canumini, n. 48²⁹³ et quidam alii jurisperiti. Probat Castrus suam sententiam, 1^a quia haereticus hoc ipso quod crimen haeresis committit, amittit dominium suorum bonorum bonaque illa manent fisci; sed nulla est lex quae illi sic privato domino suorum bonorum concedat illorum possessionem et usum; ergo sub reatu peccati mortalis tenetur illa tradere filio cuius sunt. Consequentiam probat, quia retinere alienum et uti illi invito domino peccatum est mortale, ubi iure aut lege aliqua non est id alieni concessum. Deinde probat maiorem, per hunc ex capite Cum secundum leges de haereticis libro 6²⁹⁴, ubi bona haereticorum ipso iure decernuntur confiscata, licet praecipiatur ut non fiat execucio confiscabilis ante latam sententiam. Si autem commissio crimine haereti. 247r[ticua ante latam sententiam maneret dominus honorum, bona illa non essent ipsu] iure confiscata, sed confiscanda per sententiam criminis declaratoriam. Et confirmatur haec ratio, quia bona haereticorum ipsu] iure esse confiscata non est aliud quam potestate solius iuris et legis non spectata sententia iudicis esse confiscata. Et confirmatur rursus, quia quando ipso iure aut ipso facto lege aliqua impunitur poena excommunicationis pro aliquo crimen, statim commissio criminis incurrit excommunicatio nulla expectata sententia iudicis. Cum ergo capite illo Cum secundum leges ipso iure bona haereticorum decernantur confiscata sit ut statim ac commissum est haeresis crimen, nulla expectata sententia iudicis confiscata sint. haereticique amittant dominum suorum bonorum et transeant in fiscum. 2.^a probat candem maintem, quia autores contrariae sententiae dicentes haereticum ante latam sententiam retinere dominum suorum bonorum dicunt late sententia effectum condemnationis tradi retro ad diem commissi criminis, ita ut virtute sententiae privetur dominio suorum honorum a die commissi criminis. Contra hoc autem ita argumentatur: quod divina potentia non est factibile, neque per sententiam iudicis

291. NICOLAUS TORNESCIUS, *Commentario super prima parte primi Decretalium libri, de constitutionibus*, c. 1, n. 11: Venecia 1617, l. 15 a.

292. Ibiem, *Commentario super secunda parte primi Decretalium libri, de arbitris*, c. 4, n. 12: f. 178 b.

293. PELINUS SANNEUS, *In quibusque libros Decretalium Commentaria eruditissima*, in *I. de constitutionibus*, n. *Carolinum Statuta*, n. 42ss Lyon 1640, l. 11^a.

294. C. I. C. c. 19, in *Sexto, de haereticis*, V, 2: vi. Friedberg, 2. 1677.

lieri potest; sed fieri nequit divina potentia ut haereticus qui fuit dominus suorum honorum usque ad latam sententiam, tanto eo tempore dominus non fuerit, quia id esset admittere ad praetritum potentiam; ergo sententia iudicis id etiam efflare nequit. 3.^a Ita eam probat; si haereticus ante latam sententiam dominus esset suorum bonorum posset ante latam sententiam evendere, donare, et alibi vivis in detinendum et potestalem alterius transferre. nam hi sunt effectus veri domini ubi quis lege aliqua non est prohibitus haec facere (ut populus, licet dominus sit suorum bonorum non potest illa alienare quando lege est prohibitus); cum ergo haereticus nulla lege prohibitus sit alienare sua bona, [c. 247v] ut patet, quia non erit illam assignare, fit, ut cum nulla alienatio facta per haereticum a tempore commissi delicti usque ad sententiam declaratoriam criminis valida sit, sed omnes resindantur lata sententia, privatus sit dominio suorum bonorum a tempore commissi delicti. 4.^a, quia si haereticus ante latam sententiam haberet dominium suorum bonorum, illo ante latam sententiam moritur, catholicus illi succedens filius haberet etiam verum dominium eorumdem bonorum; ergo si post mortem patris constaret de crimine defuncti atque de eo damnaretur, filius non posset privari bonis illis, quandoquidem nullus iuste putetur privatione bonorum quoniam est dominus, propter culpam et peccatum alterius ad quod favet maxime lex unica, codicis *Ne in statu ex delictis defunctorum*²⁹⁵. Consequens autem est talsum, ut patet ex capite *Accusatus*, paragrapho. In eo vero, de haereticis, libro 6²⁹⁶; ergo pater defunctus a tempore commissi criminis amisit dominium suorum honorum. Probata maior, probat deinde minorem, quia si aliqua esset lex que haeretico ante latam sententiam concederet possessionem et usum bonorum quorum amisit dominium, maxime caput *Cum sociandum leges citatum*²⁹⁷ in eo quod postquam decrevit bona haereticorum esse ipso iure confiscata, addit: confisicationis tamen executio seu bonorum occupatio fieri cum debet per dominus temporales ante promulgatam sententiam de criminis, sed per personam eccl-

295. D. 40, 15; ed. Monachum, p. 689. El mismo texto se encuentra en C. 7, 21; ed. Mommsen, pp. 304s. El título es: *Ne de statu defunctorum post quinquevulum queratur*.

296. Véase la nota 202; § 7: ab

sisticam ad id potestatem habentem. Nam inquit Castrus²⁹⁷, adversarii aliam legem non assignabunt, caput autem illud talis possessionem et usum bonorum non concedere haereticis in foro conscientiae ex eo probat quod haec consequentia nulla est; fiscus, aut domini temporales prohibentur exequi confiscationem et occupare bona haeretici ante [f. 248r] latam sententiam; ergo haeretico cunceditur retentio et possessio eorumdem bonorum ante latam sententiam. Nam, inquit, dantur plurimae instantiae in quibus aliquis prohibetur accipere quod sibi est debitum, et tamen qui illud possidet tenetur in conscientia illud statim restituere ei cui debetur, ut qui vendidit aliquid minus iusto pretio non potest in iudicio petere id pretium in quo defraudatus est, nisi defraudatus sit plusquam in dimidio iusti pretii, et tamen si qui ita cum defraudavit tenetur in foro conscientiae illud restituere illi statim. Plures alias affert instantias quas molestum esset recitare. Cum ergo inquit ex en quid Iesus, eo in capite, prohibeat exequi confiscationem ante latam sententiam non sequatur haeretico concessum esse ea iniuste relinere, et ostensum sit eum teneri ea statim reddere, nisl ei possessio aliqua lege concessa sit, fit ut mortaliter peccet ea relinendo. Adde, inquit, quod esto eo capite concessum esset haereticis relinere sua bona ante promulgationem sententiac iudicis, tunc delinquentibus quibus bona ipso iure confiscantur ut committentibus crimen laesae maiestatis et ceteris falsam monetam ibi non est permisum neque alibi, neque similitudine permisso illa extendi potest ad alios quando leges ad diversos legislatores spectant; leges autem principum saecularium cum iniquae non sunt aut non impediunt finem spirituali Pontifici maximo cuius est illud caput non subdantur: quare saltem illi alii delinquentes quibus iure civili bona sunt ipso iure confiscata, tenentur tradere illa fisco ante latam sententiam.

2.º principaliter ita probat Castrus suam sententiam. Haereticus statim post sententiam iudicis declaratoriam criminis tenetur omnia bona sua tradere fisco non [f. 248v] expectata sententia qua condemnatur de ammissione sursum bonorum; ergo etiam statim commissione criminis tenetur omnia bona sua tradere fisco ante talam sententiam declaratoriam. Antecedens, inquit

297. ALFONSO DE CASTRO, De potestate legis poenalis. 1. 2. c. 10: pp. 378 a E—381 a D.

Castrus²⁹⁸, omnes admittunt praeter unum Caetanum²⁹⁹ qui arbitratus est ad hoc ut haereticus teneretur bona sua tradere fisco requiri non solum sententiam iudicis declaratoriam criminis pro quo statuta est poena, sed etiam adiudicantem poenam. Quac tamen sententia Caetani facte impugnatur ex capite Cum secundum leges, ubi ad executionem confiscationis et occupationem bonorum non dicitur necessarium esse prius promulgari sententiam per iudicem ecclesiasticum de poena, sed solum de criminis; neque aliquid aliud spectandum esse praecipitur. Consequentiam vero probat, quia sententia declaratoria solum requiritur ut constet de crimen (unde Dominicus³⁰⁰ et Felinus³⁰¹: affirmant quod ubi crimen est notorium, ita ut nulla tergiversatione possit celari, fiscus nulla spectata sententia potest statim occupare bona haereticorum); sed haeretico magis constat de crimen statim ac illud commisit, quam sibi et aliis constet per sententiam iudicis declaratoriam, quandoquidem ipse habet evidentiā se commisisse tale crimen et sententiae multis rationibus potest subesse falsum; ergo quidquid sit de foro exteriori haereticus in foro conscientiae tenetur tradere omnia sua bona fisco, cuius sunt, statim ac crimen commisit.

3.^a ita argumentatur. Si fiscus sciens per evidentiā quae nulla tergiversatione possit celari Petrum commisisse haeresim ab eo invito accipiat bona illius ante sententiam declaratoriam criminis, licet ita accipiendo peccet quid transgreditur praecipuum Ecclesie cap. Secundum leges ne bona ita confiscentur, attamen hoc [f. 240r] tenetur illa restituere haeretico; ergo haereticus quando fiscus illa accepit, tenebatur ea sibi dare. Consequentiam probat, quia fieri neguit ut res quae nun est pluribus communis possit iuste ab unoquoque eorum pro eodem tempore altero invito possidere. Quo sit ut vel haereticus ante sententiam

298. IDEM, o. c., pp. 381 b C — 384 b A; Tercer argumento: pp. 384 b A — 385 b B; 4.^a arg.: pp. 385 b B — 387 a A; 5.^a arg.: pp. 387 a A — 387 b C.

299. THOMAS A VIO, *Summa peccatorum*, v. Poena; ed. c., f. 213v. ALFONSO DE CASTRO (*De potestate legis penalis*, I, 2, c. 8 y 9; pp. 360 b D — 361 a C; 367 b B; 373 b E) ve una contradicción entre lo que Cayetano afirma en la *Summa* y lo que dice en su *Comentario a la Suma* (II, II, q. 62, a. 3). No he podido encontrar esa contradicción. Es más: en los comentarios a la *Summa* explica mejor su punto de vista.

300. DOMINICUS A SANTO GEMINIANO, *In Sextum Decretalium volumen Commentaria*, c. Confiscationis, n. 3; ed. c., f. 278r.

301. PHILIPUS SANDEUS. No hemos podido verificar esta cita en las obras de Sandeus. Mantiene que la herejía, aun oculta, priva del dominio de todos los bienes: In V, de haereticis, c. Absolutos; ed. c. (nota 293), f. 194r.

teneatur illa tradere fisco, vel fiscus si illa accipiat invito haereticus teneatur ea illa restituere. Antecedens vero probat ex lege Quod a quoquam ff. de regulis iuris³⁰³ quae ita habet: quod a quoquam poenae nomine exactum est id eidem restituere nemo cogitur. Quare cum fiscus in poena delicti id acciperet ab haereticis, fit ut illi restituere non teneatur. Neque satissimac, inquit, responsio, si quis dicit regulam illam intelligendam esse in foro exteriori, et non in foro conscientiae, tum quia simili modo dicit posset cap. Cum secundum leges prohibens executionem confiscationis ante latam sententiam intelligendum esse in foro exteriori et non in foro conscientiae, cum nulla verisimilis ratio addi possit quare unus textus potius quam altius intelligatur solum in foro exteriori, tum etiam quia Philippus Decius³⁰⁴ et Ioannes Ferrarius³⁰⁵ super eandem regulam dicunt intelligendam esse in foro conscientiae, et Innocentius, capite Ex ratione de appellationibus³⁰⁶, dicit quod si exequatio puenae sine sententia valeret, quod dictum Innocentii commendat Baldus³⁰⁷, capite Modo Sancinus, de feudo sine culpa non admittendo.

1.^a argumentatur. Si fiscus sciat evidenter aliquem commisso crimen haeresis, neque habeat testes quo id possit probare, ut in illum sententia feratur potest secreto capere ab haeretico omnia quae potuerit in recompensationem bonorum quae se invito retinet; ergo haereticus in conscientia tenetur illi reddere bona illa. Consequens patet [f. 249v] quia numquam propria autoritate licet compensationem ab alio sumere, nisi quando ille retinet quod in conscientia tenetur reddere. Et antecedens probatur, quia numquam aliquis propter detectum probationis admittit ius quod habet, ut habetur lege Duo sunt ff. de testamentaria tutela³⁰⁸, et communis est theologorum et iurisperitorum sententia unquamque posse sibi ius dicere quando deficit sibi sui iuris probatio.

303. D. 50, 17, 48: ed. Mommesen, 921 b: «Quod a quoquo poenae nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur».

304. PHILIPPUS DECIVS. In tit. ff. de Regulis iuris, I. Quod a quoquo, n. 3: Lyon 1558, pp. 205s.

305. IOANNES FERRARIUS. Ad fiduciae Pandectarum 'De regulis iuris' Interpres commentatoris, I, 47: Lyon 1537, p. 286.

306. C.I.C., c. 8, X, de appellationibus, II, 28: m. Friedberg, 2, 412. Este capitulo es de Alejandro III y no de Inocencio como afirma el texto. Y no corresponde del todo a lo que se le quiere hacer decir.

307. BALDIS DE UBALVIS, in artis fidei iuris iurisperitorum doctrinam, De feudo sine culpa non admittendo, rubrica Sancinus, Lyon 1552, f. 26 a.

308. D. 20, 3, 30: ed. Mommesen, p. 373 a.

5.^a Haereticus ante latam sententiam non possidet bona illa titulo dominii veri aut praesumpti, neque auctoritate legis neque iudicis, neque nomine aut voluntate alterius qui dominium verum vel iuste praesumptum habet in bona illa. Cum ergo non sint plures modi quibus iuste aliquis possit possidere aliquam rem, fit ut iniuste bona illa possideat, teneaturque ob id illa restituere ante latam sententiam.

Contraria sententia, quae hac prima conclusione continetur: Haereticus et quicumque alius cui lege aliqua poena amissionis omnium bonorum ipso iure est statuta, non tenetur illa tradere antequam de crimen per sententiam iudicis damnetur; quin prius si numquam sententia proferatur potest illa in perpetuum retinere et transmittere ad posteros. Est communis inter theologos eaque affirmant plurimi ex utriusque juris peritis. Imo inter iuris peritos nostri temporis est etiam communis. Inter alios eam affirmat Cajetanus, infra q. 62, art. 8¹⁰; et in Summa, verbo poena¹¹; Victoria, in relectione de Indis, p. 1, n. 7¹²; Sotus, 1.^a De iustitia et iure, q. 6, art. 8¹³; Sylvester, verbo haeresis 1, q. 8 et verbo Assassinis, q. 5¹⁴; Navarrus, in Manuali, cap. 23 n. 66¹⁵; Symancas, in institutionibus catholicis, tit. 9, num. 157¹⁶; Archidiaconus, cap. Secundum leges citato¹⁷; et Adrianus quodlibeto 6¹⁸.

308. THOMAS A VIO. Commentarii IV II.II, q. 62, a. 3: ed. Lenina [Op. Sti. Thomae], 9, 49.

309. Ibim, Summae persecutorum, v. Poena, ed.c., f. 213v a: «Poenam subire statutum licet non teneatur aliquis in foro conscientiar, nisi postquam ab illam damnatus est a iudice; quia iuramen hoc iuravit in duabus casibus, scilicet in consensu et testamentarili, ideo et excommunicatus, et suspensus, et interdictus et irregulatus est quoniam contra iuramento canonice de hunc modo sententiam taret, absque alio denunciante iudicis. Parece, por tanto, que tiene estas dos excepciones a una ley general»

310. FRANCISCO DE VITORIA, O.P., Relectione de Indis, p. 1, n. 7.0: ed. L. Pérez-Pérez Prendes. Madrid, C.S.I.C., 1967, pp. 23-25.

311. DOMENECO DE SOTO, O.P., De iustitia et iure libri decem, I 1, q. 6, a. 6, comel. 1: Salatana 1569, pp. 53 a - 56 a.

312. SILVESTER A PRIERIO, Summa iuristarum, v. Haeresis 1, n. 10: p. 480 b; v. Assassinis, n. 4: p. 70 b.

313. MARTÍN DE AZPILQUETA. Enchiridion seu Manual de confessariorum, c. 23, n. 66: p. 256 n.

314. DIOSDE DE SUNDANOS, Institutiones catholicae, c. 9, n. 157, f. 46v.

315. GREGORIO DE BAYSTO, Super Sexto Decretalium, c. Secundum nephatis, n. 2: f. 111 b

316. HABRIANUS VI. Quidam estenit quodlibetca, q. 6, L. Tercio Interro. Lyon 1546, ff. 112v-113r.

Ut vero clarius procedamus sciendum est poenas interdum statui de bonis omnino propriis possidentium, Inter[f. 250r]dum vero de bonis non omnino propriis possidentium, sed dependentibus aliquo modo a legislatoribus aut statuentibus poenas. Huius posterioris generis sunt beneficia ecclesiastica (quorum Summus Pontifex est dispensator), participatio sacramentorum, suffragiorum Ecclesiae atque divinorum, officia publica tam secularia quam ecclesiastica et pleraque alia, ut bona aliquius liberi relieta in testamento aut libere instituta ad suscentationem aliquorum in aliquo collegio, etc. Quod ergo attinet ad bona huius posterioris generis, nullus est qui dubitet statui posse leges poenales ab his a quibus pendent amissiones eorum ipso facto quae leges obligent in foro conscientiae ante iudicis sententiam. Quia ratione cum poenae excommunicationis, suspensionis et irregularitatis huiusmodi bonis privent, nullus est qui dubitet eas incurri ante latam sententiam iudicis, quando est transgresio legis aut praecepsa pro cuius transgressione ipso iure aut ipso facto statuta sunt. Nullus etiam est qui dubitet Summum Pontificem statuere posse leges poenales amissionis beneficiorum ecclesiasticorum ipso iure aut ipso facto, et tam ipsum quam principes saeculares statuere posse similes leges amissionis officiorum publicorum quorum collatio aut confirmatio ab ipsis pendet, quae leges in foro conscientiae obligent ad eorum amissionem ante latam sententiam statim commissio criminis; nullus item est qui dubitet institutores collegii eam legem condere posse ut qui tale vel tale crimen commiserit, statim ipso facto non speciale sententia iudicis amittat, relinquereque teneatur in foro conscientiae collegiaturam; et testatorem qui libere aliqui aliquid relinquit, eam posse statuere legem vel potius conditionem, ut statim ipso facto illud amittat si rubeat aut aliquid aliud faciat. Suum enim unusquisque sub quacumque conditione et pacto potest relinquere neminem cogens ad deceptandum isque qui accipit non servato pacto poenam statutam tene[f. 250v]tur in Ecclesia subire non expectata sententia iudicis, quod potius rationem adimplectionis pacti atque conventionis inter ipsum et testatorem habere videtur quam solum poenae.

Illiud etiam advertendum est principes esse officiales publicos tum etiam eos qui gratis aliquid ullud tribuant ut institutores collegiorum et posse huiusmodi hominibus imponere circa id le-

ges poenales aliquas quae in foro conscientiae obligent ad solutionem poenae non expectata sententia, videlicet quando tales leges imponunt tamquam conditiones sine quibus nullent tribuere sua officia aut bona quae ab ipsorum potestate pendent, neminemque compellunt ad illa acceptanda; tunc enim quasi pacatum quoddam intervenit inter ipsos et acceptantes sub illis legibus, ad quas poenas tenentur in conscientia nulla expectata sententia.

"Illud est advertendum, quod ubi ex forma et verbis huiusmodi legum non constat obligare ante sententiam iudicis affirmandum est delinquentes ad poenam non teneri ante latam sententiam. Navarrus, in Manuali, cap. 23, num. 68³¹⁷ affirmat homines non teneri ante latam sententiam qua solvere cumpellantur ad poenas conventionales sulvendas, tum ob alias rationes tum vel maxime, quia consuetudo, inquit, explicavit non aliter homines se obligare ad huiusmodi poenas solvendas. Capite etiam 28, In additionibus super num. 67 capituli 23³¹⁸, affirmat quod esto institutor collegii dicat, qui tale crimen commiserit ipso facto amittat collegiaturam, non tenetur qui crimen committit subire poenam ante latam sententiam, nisi clarioribus verbis institutor exprimat ut ante latam sententiam eam amittat, quia, inquit, in poenis quae non sunt ecclesiasticae ut excommunicationis, suspensionis, irregularitatis aut amissionis beneficij id non sufficit. Et ad eandem sententiam videtur accedere Sotus, loco citato³¹⁹, qui verbum [f. 251r] ipso facto aut ipso iure in aliis poenis ab ecclesiasticis dicit idem pollere quod propter tale factum, aut vi huius iuris atque legis lata tamen prius sententia Denique in dubio ubi ex verbis legis aut consuetudine non constat mentem legislatoris fuisse obligare ante latam sententiam, affirmandum erit transgressorem non teneri ad poenam ante latam sententiam; quando vero officiales publici prohibentur accipere alliquid aut

n. Hay una nota marginal (quizz posterior) que dice. «De poenis conventionalibus, vide quod habes intra in materia de restitutione, tractatu 1, disp. 40, n. 6. Habentur ib. 9, pag. 433 et 436. Consonat Rodríguez, to. 2, c. 84, n. 30.

317. MARTÍN DE AZPILICUETA, Enchiridion seu Mensole confessariorum, c. 23, n. 679: pp. 356s.

318. Ibi, ib., c. 28. En las ediciones que he podido consultar no existe ese capítulo 28, ni adiciones al n. 67 del cap. 23.

319. Véase la nota 311.

illud adjudicatur sicut ipso facta, aut alicui alteri, illud in conscientia non possunt retrahere; sed de his latius in materia de iustitia.

Quod ergo attinet ad bona posterioris generis nulla est qui dubitet leges poenales instituti posse quae obligent ante latam sententiam. Difficultas ergo est circa bona prioris generis, quae illa regulariter sunt bona haereticorum et caeterorum, quorum bona confiscantur, atque ob id esto in lege apponatur ipso iure aut ipso facto, non propterea censendum est legislatoris mentem fuisse obligare ad solutionem peniae ante sententiam iudicis.

His praehabitibus probatur conclusio proposita, quia lex humana iuxta Isidori³²⁰ sententiam atque id quod postulat recta ratio et dictat lumen naturale, ut sit aequa debet esse tolerabilis atque hominum imbecillitati accommodata; laici autem non esset quae obligaret delinquentem per se ipsum exceptum tam acerbam et difficultem poenam, ut seipsum spoliaret omnibus suis bonis et tradiceret ea tisico; quin potius intolerabilis esset et moraliter loqueretur observatione poenae impossibilis, atque absque aliquo emolumento illaquearet conscientias difficultoremque redderet haereticis respiscientiam ab heres. Ergo praeter quam quod forte legislatur humanus ad id non posset obligare, credendum non est eam fuisse mentem alicuius legislatoria et maxime Ecclesiae, praeassertim cum [I. 251v] et usus, qui optimus humanarum legum interpres est, contrarium habeat, et capite ipso Cum secundum leges ubi id sanctum est, apertissimae sint conjecturae contrarium fuisse mentem Ecclesiae, ut in 4.º argumento videbimus.

2.º quia in re gravi et ubi bonum in quo quis debet puniri non provenit a legislatore, neque inter legislatorem et reum intervenit quasi pactum, nequitas non patitur ut quis non auditus dampnetur. Potest enim reus allegare vel ignorantiam vel infirmitatem aut vehementem occasionem et plura alia quae adeo extenuare possunt delictum ut ad arbitrium prudentis viri non

320. ISIDORUS, Etymologiarum. I. 5, c. 21: *exQuidy debent fieri lex Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum iustitiam, secundum consuetudinem patris, loci temporis convenientia, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captiōnem contineat, nullū privato commodo, sed pro comunitate civium utilitate conscripta;* ed. W. M. LINDSAY, Oxford [1910], s.p. (PL 82, 203). La cita, por tanto, de Molina, no es literal, sino sólo al sentido.

toto rigore legis sit puniendum. Lex autem universals reum audire non potest, nec huiusmodi omnes circumstatias prospicere. Quo fit ut sententia legis in huiusmodi poenis vim non habeat nisi per iudicem (qua ad differentiam legis iustum anima ab Aristotele 5 Eth.³²¹ appellatur) applicata sit, ratio cognita prius causa et circumstantias. Non ergo sententia iudicis solum inservit ut de crimine et poena a lege statuta innotescat, sed etiam ut sententiam universalis legis per sententiam particularem iudicis applicata ad hunc aut etiam modicam per virtutem epicheiae iuxta circumstantias occurrentes vim sortiatur in ordine ad hume. Est ergo sententia iudicis conditio sine qua poena statuta a legibus de quibus nunc loquuntur non est debita a transgressore legis, non solum quando in lege non apponitur ipso facto aut ipso iure, ut omnes admittunt; sed etiam quia apponitur. Appositorum namque horum verborum non est ad excludendam sententiam iudicis ut poena sit ei debita, sed etiam eum sensum habent, quem dicebat Solius³²² vel certe apponuntur ad subileendum poenae omissa bona vel a tempore commissi delicti et ad subiendum actori ius ad ultimam illa in gravorem poenam [C. 252r] delicti et delinquentis ad cuiuscumque manus petivenerint bona illa. Confirmari potest haec ratio, quia ut aequitas non patitur ut aliquis in huiusmodi causis sit iudex et actus, consensum disparem iuris iudex non debet iudicare secundum sententiam quam tamquam privata persona habet de reo, sed secundum sententiam quam iuxta allegata et probata habet tamquam persona publica, illa aequitas non patitur ut in eiusdem causis idem sit simul reus, iudex et executor poenae, et maxime nullo alio ad executionem cogente quam propria conscientia et timore atque amore Dei (id enim esset cum modica^b spe aliquis emolumenti illaqueare conscientiam illius) si autem hereticus ante latam sententiam teneretur ad poenam confiscationis etiam quando est occultus idem simul esset reus, iudex et executor poenae acerbissimae in se ipsum. Cum ergo haec neque aequitati neque dispositioni iuris

a. El ms. parece que tiene Dicim: no tiene sentido.

b. El ms. entre modica y spe tiene una palabra ilegible.

321. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachica*, I, 6, c. 4; Aristoteles Latines, 26, 1-3 (Translatio Roberti Grosseteste), Leiden-Bruzelus 1973, 460, 21-22: «Iudex enim vult esse velut iustum animatum».

322. Véase la nota 311.

consensu sint fit ut nullius iusti legislatoris et maxime Ecclesiae meus fuerit obligare aliquem ad poenam confiscationis omnium honorum ante latam sententiam.

3.^a Vel vis occultum haereticum qui absque ullo teste protulit haeresim teneri statim tradere bona sua fisco, vel illum solum qui eorum aliquo aut aliquibus testibus illam protulit. Si vis solum hoc secundum, cum testes solum requirantur in ordine ad iudicium, gratis concedis requiri testes et negas requiri sententiam iudicis. Si vero vis etiam illud primum, plane id est durissimum; inquisitores enim numquam illum ita punirent, si resipiscens illis se manifestaret. Quare non est aequum pulare ipsum resipiscentem teneri se ita punire. Praeterea non posset se ita punire tradendo omnia bona sua fisco, nisi se manifestaret atque infamaret, maxime si vir esset opulentissimus; statim enim traditis bonis fisco quod latere non posset ex ipsius paupertate intelligeretur cum delinquisse. Chrysostomus autem capite Quis aliquando, de poenitentia²²³, inquit: Non dico ut te prodas [f. 252v]; Castrus, 2 de lege poenali, cap. 15, conclusione 4²²⁴ affirmat, cum Panormitanus²²⁵, hunc etiam teneri tradere bona sua fisco, et capite 11²²⁶ conatur respondere ad ultimum inconveniens proxime illatum: Quidam vero alii huiusmodi opinionis secum quos citat in illa conclusione 4.^a, dicunt haereticum occultum non teneri, nescio tamen quomodo satisfacerent argumento proposito.

4.^a Probatur nostra conclusio ex capite Cum secundum leges ubi manifesto invenitur mentem Summi Pontificis non esse haereticum ante latam sententiam teneri tradere omnia bona sua fisco. Primo, quia perinde dicit bona haereticorum esse ipso iure confiscata ac bona contrahentis incestas nuptias sunt ipso iure confiscata et bona mulieris contrahentis cum raptore atque bona deferentis arma ad Saracenos; sed nullus dicet hulusmodi delinquentes teneri dare bona sua fisco ante latam sententiam; ergo neque intentum Summi Pontificis eo capite fuit affirmare haereticum ante latam sententiam teneri tradere bona sua fisco. 2.^a, quia prohibitio confiscationis et occupationis bonorum haereticorum ante latam sententiam quae statim subiungitur eo ca-

223. C.I.C., c. 81, § 1, D. 1, de poenit. ed. Friedberg, I, 119^c.

224. ALFONSO DE CASTRO, De potestate legis poenalis, I, 3, c. 15, concl. 4: pp. 439 b C — 441 b C.

225. Véanse las notas 291 y 292.

226. ALFONSO DE CASTRO, o. c. (nota 224), I, 2, c. 11: pp. 389 b E — 393 a E.

pite, non alium ortum habuit quam ex eo quod notuit eos arnittere sua bona ante latam sententiam; apertae ergo coniecturas sunt illo eodem capite sententiam nostram fuisse quam intendit Summus Pontifex²²⁶.

Sit vero 2.^a conclusio. Lata sententia condemnationis haereticorum retroagitur confiscatio a tempore commissi delicti, ita quod omnia illius bona a tempore commissi delicti pertinent ad fiscum, etiam si post mortem damnetur, rescindunturque omnes donationes, legata, vendiciones et quicunque alii contractus etiam causa dotis per eum facti a tempore commissi delicti, utpote nullius momenti. Et [I. 253r] ob id, bona illius ubicumque inventa fuerint, eripiantur etiam non soluto pretio emptoribus, nisi forte pretium reperiatur inter bona illius aut aliquid loco pretii; id enim solum pretii aut loco pretii quod repertum fuerit inter bona illius esto bona illius perierint restituitur emptoribus, quia perierunt domino et subinde fisco, nihil vero aliud eis restituitur. Sicut enim ei qui pallium bona fide emit a latrone, dominus pallii non tenetur restituere pretium, sed latro, dominus autem pallii accipit quod suum erat nullo soluto pretio; et sicut ei qui bona fide emit bona aliqua vinculata ab eo qui dum ea possidebat erat dominus, non tamen poterat illa alienare eo quod essent vinculata et obligata certis possessoribus, is qui iure haereditario succedit in illis bonis, non tenetur reddere pretium, sed accipit bona quae ipsi erant obligata nullo soluto pretio, et emptori vel solvitur pretium de aliis bonis non vinculatis eius qui vendidit, si quae habet, vel si non habet amittit pretium; ita in proposito fiscus accipit bona quae haereticus vendidit eo quod haereticus non potuerit ea vendere, quod ratione criminis iam erant obligata fisco, neque fiscus tenetur solvere pretium nisi repertum fuerit inter bona haereticorum aut aliquid loco illius. Conclusio haec ita proposita et explicata est communis omnium et communni usu recepta, iuxta norman Directorii inquisitorum lib. 3, tit. 9²²⁷,

Q. Nota marginalis: «Utrum ante latam sententiam tenetur haereticus et alii delinquentes offerre bona fisco, an possit tutta conscientia ea habere, nec solvere alias poenas quounque petantur, vide quod habes p Molinam, de restitutione, tractatu 1, disp. 33, conclusione 1; et tractatu 4, disp. 23, § Quando vero conscientiam etc. et § Quaedam autem sunt media poena, etc. sequenti.

²²⁶ NICOLAUS EYMBECK, O.P., Directorium Inquisitorum, p. 3, q. 100; Veneçia 1595, p. 834.

eamque intendit caput Cum secundum leges citatum, et lex Manichaeos, cod. de haereticis³²⁸, ubi facultate donandi, emendi, vendendi, testandi, et quovis contractus celebrandi privaturn haeretici perinde atque qui committunt crimen laesae maiestatis, atque hoc ipsum contra committentes crimen laesae maiestatis statuitur lege ult. Cod. Ad legem Iuliam maiestatis³²⁹.

Dubium vero est utrum, a tempore commissi delicti [l. 268v] usque ad latam sententiam, haereticus dicendus sit habere dominium suorum bonorum? Caletanus, inferius, q. 62, art. 3 in fine³³⁰ affirmit non habere dominium; et idem affirmant plerique alii. Archidiaconus tamen cap. Cum secundum leges³³¹; Victoria, in Relectione de Indis, p. 1, n. 4³³²; Symancas, tit. 19, n. 228³³³ et quidam alii affirmant oppositum, eum videlicet habere dominium. Et haec sententia mihi magis placet, cui non repugnat Sotus, loco citato³³⁴, licet anceps sit. Confirmari autem potest ex legi Quaesitum est, ff. Qui et a quibus³³⁵, ubi habetur quod qui maiestatis criminis reus factus est, ante damnationem dominus est; licet enim statim commisso crimine vi legis poenalis fiscus acquirat ius in omnia bona haeretici, bonaque illa fisco maneant obligata, adeo ut alienationes eorum factae per haereticum [in] validae sint quemadmodum, tamen³³⁶ vi criminis et legis poenalis haereticus ante latam sententiam non aliter dicitur amisisse res suas fisco quam in debito et sub conditione si feratur sententia ita neque dicitur amisisse dominium eorum nisi in debito et sub conditione si feratur sententia. Quare non simpliciter, sed secundum quid dicendus est amisisse dominium et comparasse illud fisco. Atque iuxta hunc sensum exponedae sunt leges quae in-

r. El ms. podría leerse también: *Non est*. Hemos preferido la lectura que ponemos en el texto.

328. Véase las notas 270 y 282.

329. C. 9, 8, 6: p. 374.

330. Tractatus A Vito. Commentarii in II. II. q. 62 n. 3, III: ed. Leonina, 9, 49 b.

331. Véase la nota 315.

332. FRANCISCO DE VITIENIA. Relectione de Indis, p. 1, n. 9: ed. c. nota 310), pp. 20ss.

333. DIEGO DE SUDANES, *Institutiones catholicae*, c. 9, n. 21 f. 19r. Véase también: n. 29; 66; 79...; ff. 20v; 27v-28; 30r. Mantiene siempre que tiene dominio hasta la sentencia.

334. DOMINGO DE SOTO, *De iustitia et iure*, I. q. 6, a. 6: pp. 50-56.

335. D. 40, 9, 15: ed. Mommsen³³⁷, p. 682 b.

nunt haereticum aut alium facinorosum statim commisso criminis arnittere proprietatem aut dominum rerum suarum; et forte plures ex asserturibus alterius sententiae non aliud valuerunt quam hoc.

Ex conclusione assignata et proxime dictis Victoria, loco citato, n. 15³³⁶ colligit primo, haereticum licet vivere posse de bonis suis et sustentare suam familiam; et id est communiter receptum. Et affirmant Bertholdus lege Post ff. De donationibus³³⁷; Sylvester, verbo Haeresis 1. q. 8³³⁸; Sotus, loco citato, conclusione 4³³⁹; et plures alii. Et qui vendunt res necessarias ad viculum et vestitum familiae eorum, non tenentur postea restituere pretium tisico.

[Fol. 254r] Colligit 2.^a titulo gratuito posse transferre bona sua in alios, puta donando; intelligit modo in fraudem fisci non dissipet bona sua. Poterit etiam locare et mutuare, modo probabilitas existimet ante confiscationem res esse restituendas, nullumve inde damnum proventurum his quibus locat aut mutuat ex repentina ablatione earum per fiscum. Prophanatur haec, quia iusto usu rerum suarum non privatur ante damnationem; haec autem ad iustum usum pertinent, neque ex proximis aliquod no- cumentum infert quod teneatur cavere.

Colligit 3.^a titulo oneroso, puta vendendo aut dando in dotem etc., non posse transferre bona sua si probabile sit crimen aliquando fore damnandum in iudicio. Probatur quia decipit emptorem aut generum, et exponit illum periculo amittendi rem venditam et pretium aut dotem uxoris. Addit Victoria³⁴⁰, quod si non esset periculum quod aliquando confiscarentur bona ipsius posset licite ea transferre titulo oneroso. Aut si haereticus esset manifestus ita ut is qui accepit bona eo titulo periculum intelligit cui se exponit; tunc enim volenti et consentienti non facit iniuriam. Unde haeretici publici qui hodie sunt in Germania non peccant

336. FRANCISCO DE VITORIA, *Selectio de Indiis*, p. I, n. 9: pp. 23ss; especialmente, pp. 2f, 30-31; 32-33; 34-38.

337. No hemos podido verificar esta cita.

338. SILVESTER A PRINKIN, *Summar summiuratu*, v. Haeresis 1, n. 13: p. 400 b.

339. DOMINGO DE SOTO, o. et l. cc. (nota 230), concl. 4.^a: pp. 57 a - 58 a.

340. FRANCISCO DE VITORIA, *Selectio de Indiis*, p. I, n. 9: pp. 25, 39-46.

transferendo res suas titulo oneroso. Atque hinc etiam sumitur argumentum adversus Castrum; iuxta sententiam enim ipsius quicumque emeret aliquid ab haereticis qui sunt in Gallia aut in Germania teneretur illud restituere fisco habenti ius in bona illorum, quod esset horum conscientias illaqueare et exponere periculis.

Hoc loco, ex hactenus dictis colligendum erat, quae bona in particulari pertinarent ad fiscum et quae non, tam quando maritus est haereticus quam quando uxor aut illius; et quando aut quosque teneatur fiscus solve[1. 254v]re pretia aut pecuniam quam haereticus mutuo accepit, quia illa vel aliquid loco illius manet in bonis haeretici et quando non, atque alla huiusmodi. Quia tamen paucis dici non possunt et ad iurisperitos potius quam ad theologum spectant, brevitatis causa nunc omitto. Ea copiose et docte inter alios invenies disputata apud Symancam, tit. 9, n. 7³⁴¹, et n. 252³⁴² disputatum invenies utrum bona primogenitorum quae vulgo maioratus vocant, pertinenat ad fiscum propter haeresim primogenitorum possidentium, affirmandumque est cum illo etiam haec ad fiscum procul dubio pertinere.

Superest respondeamus ad argumenta proposita Ad 1 ergo neganda est maior, ut ex dictis patet. Et ad primam illius probationem dicendum est, bona haereticorum manere ipso iure confiscata aut significare vi illius legis manere confiscata expectata tamen sententia qua prius damnetur haereticus ut statim se explicat et subiungit Summus Pontifex, vel significare vi illius legis manere iam obligata fisco in ordine ad confiscationem, ita ut ab haeretico non possint alienari, sed lata sententia retroagatur confiscatio bonorum a tempore commissi delicti; non tamen negare Summum Pontificem ut actualiter sint confiscata ita ut haereticus amittat dominium eorum requiri sententiam quo plus damnetur, quin potius statim sublungere id esse expectandum tamquam quid praerequisitum. Ad primam confirmationem patet responsio: iam enim ostensum est non esse illum sensum illorum verborum, sed aliquem ex proxime assignatis. Ad secundam vero confirmationem, admissa antecedente, neganda est conse-

341. Diego de Ssymcas, *Institutiones catholicae*, c. 9, n. 93-106: ff. 32v-36r.
(Problemas sobre los bienes de la mujer hereje).

342. Iher, ib., n. 125-140: ff. 39c-45c. (sobre los bienes del mayorengo)

quentia, ut ex dictis patet; diversa enim est ratio de poena excommunicationis atque de poena confiscationis, qua punitur quis ammissione eorum bonorum quae erant omnino propria eius qui punitur. Appositio [f. 255r] enim illorum verborum, *ipso iure aut ipso facto* In lege poenali quae privat huiusmodi bonis non eum sensum facit, quod statim ante latam sententiam teneatur reus illa tradere, sed aliquem ex expicatis, ut dictum est. Ad secundam probationem maioris, dicendum est neque Archidiacorum cui illud tribuit, neque quicquam alium nostrae sententiae affirmare ita trahi retro effectum sententiae ut faciat non fuisse dominum eum qui fuit dominus, sed ut faciat amittere omnia bona non solum quae tunc possidet, sed etiam quorum fuit dominus a tempore commissi delicti. Et mirum est quod Castrus Arhidacione id tribuat, cum neque verbis sit in eo unde id colligi possit. Ad tertiam, neganda est sequela. Sicut enim qui possidet bona vineulata esto verus dominus sit, neque vendere ea neque donare aut alienare potest, eo quod obligata sint certis possessoribus, ita haereticus cum hoc ipso quod crimen committit, vi legis quae ipsum dammat in seipso bona sua habeat obligata fisco non potest ipsa alienare. VI enim eiusdem legis quassantur omnes alienations per ipsum factae, quatenus sunt in praeiudicium fisci. Adde legem Manichaeos eas etiam aperte quassare. Ad quartam, admissio antecedente, neganda est consequentia; quia cum bona illa essent iam obligata fisco per crimen prius antequam ad fiscum transmitterentur, transferunt ad filium cum illo onere. Quare damnato pare eripiuntur a filio sicut eriperentur a patre. Quod si essent bona transmissa a patre In dominum filii ante crimen patris aut quae altiude quam a pare venissent in dominium filii, huiusmodi non confiscarentur propter crimen patris. Unde dos quam ante crimen pater tradidit filiae non confiscatur propter crimen patris atque de huiusmodi bonis verum est quod in primo argumento adducitur ad probationem primae consequentiae. Sic etiam postquam filii aut nepotes aut etiam alii extranei bona ille possedorunt 40 annis bona aliquius quem non sciebat esse haereticum, detectum fuit fuisse haereticum et transmisso bona illa post crimen commissum, bona illa confiscari non posset [f. 255v] etiam confisca pertineant ad Ecclesiam Romanam, quia iure praescriptionis possessores illorum transactis 40 annis facti sunt veri illorum domini. Ita sancitum est cap. 2. De

praescriptionibus, lib. 6²⁴². Qui dicunt haereticum a commissione critmico usque ad latam sententiam amisisse dominium suorum bonorum et solum manere apud ipsum legitimam possessionem et usum eorum, ad argumentum principale admissa maiore negant minorem, et ad probationem dicunt quod licet in rigore consequentiae illa non sit bona et formalis, nihilominus ex antecedentibus et sequentibus in eodem capite, cum etiam ex natura rei, colligitur mentem Summi Pontificis non fuisse auferre ab illis legitimam possessionem, ita quod tenerentur tradere bona sua fisco, ut ostensum est. Ad id vero quod addit de aliis delinquentibus quorum bona civilibus legibus ipso iure confiscantur, dicendum est ex natura rei et usu recepto, qui est optimus interpres legum, sufficienter colligi mentem legislatorum non fuisse obligare illas ut tenerentur ante latam sententiam tradere bona sua fisco neque forte legislatores si vellent possent ad id eos obligare.

Ad 2^o argumentum principale, dicendum est in primis nubiquo per indicem ecclesiasticum proferri solum sententiam declaratoria erimini, sed simul etiam declarari incurrisse poenam amissionis omnium honorum fisco et adlungi relaxari brachio saeculari quando est relaxandus aut admitti in reconciliationem Ecclesiac, alique huiusmodi sententiam esse antequam prohibetur Summus Pontifex confiscari bona. Dicendum est deinde quod esto sola sententia declaratoria erimini sufficeret ad confisctionem bonorum: id esset quia virtute illa esset declaratoria et adiudicatoria poenae a iure statutae. Unde negandum est antecedens si intelligatur de sententia declaratoria quae virtute saltem non sit etiam condemnatoria ad poenam amissionis bonorum. Praeterea admissio antecedente, [i. 266r] neganda est consequentia; et ad probatinam negandum est sententiam solum requiri ut constet de crimen. Secundum enim dispositionem iuris ut sententia legis vim habeat in ordine ad delinquentem, requiritur ut per sententiam particulari iudicis applicetur aut etiam moderetur si opus fuerit in ordine ad hanc cognita causa in particulari, et circumstantius ut dictum est, videlicet evidentia patriti sceleris non indigeat clamore accusatoris ut Augustinus sit

²⁴² C.I.C., c. 2, in Sexto, de praescriptionibus, II. 19: ed. Friedberg, 2, 1006a.

capite Evidentia, extra. de Accusationibus³⁴⁴. Attamen ut glossa ultima et interpretes ibi notant³⁴⁵, sententia iudicis semper est necessaria.

Ad 3. Negandum est antecedens, videlicet quod tunc fiscus non teneatur restituere haereticum bona ita confiscata. Cum enim haereticus vere sit dominus, et iuste possideat ante latam sententiam, qui ita usurpat raptor est teneturque ad restitutionem. Et ad probationem dicendum est regulam intelligendam esse de re quae poenae nomine iuste est exacta, non vero de re quae rapta est et iniuste usurpata, clarum est enim quod si privata persona poenae nomine aliquid usurparet, teneretur illud restituere; et similiter iudex si iniuste usurparet, nedium exactor qualis est fiscus in ordine ad haereticum non expectata sententia. Regula autem illa adversus quosdam statuta est qui pueriliter existimabant nihil nomine poenae salva conscientia exigi aut retineri posse. Unde in foro etiam conscientiae vim habet, ut illi quos Castrus citat, dicebant. Ad Innocentium et Baldum, respondet Symoniacas, loco citato, n. 179³⁴⁶ eos longe aliud quam verba a Castro citata sonant voluisse, cum videlicet cui exercitio causae a iudice declarata est, posse eam ad effectum perducere sine causa cognitione.

Ad 4, eadem ratione negandum est antecedens. Et ad probationem, dicendum est illa vera esse quando bona illa ipsius sunt, aut ad ipsum pertinent absque aliqua conditione quae bonum sit incompleta; bona autem haereticorum non pertinent ad fiscum nisi post sententiam iudicis, quae est conditio, sine qua neque haereticus tenetur illa [f. 256v] tradere neque fiscus potest usurpare, ut dictum est. Et plane si probatio haec et praecedens alicuius esset momenti, idem probaretur esto lex poenalis non diceret ipso facte aut ipso facto; Castrus autem non admitteret fiscum in hoc casu usurpare posse bona ante latam sententiam³⁴⁷.

s. Nota marginalis: «Circa hoc vide commentarium quod habebus super primam secundae, q. 96, a. 4, disp. 9, § Ex quo rursus sequitur Et P. Molinam, De restitutione, tractatu 4, disp. 10 in fin: et tractatu 1, disp. 169

344. C. I. C., c. 9, X, de accusationibus et denunci., V, 1: ed. Friedberg, 2, 734.

345. Puede verse, por ejemplo, en la ed. Romana de 1503, 2, 1578, 50.

346. DIEGO DE SIMANIAS, *Institutiones catholicae*, c. R, n. 70: f. 30r.

Illiud vero est hoc loco advertendum cum Soto, 1.^o De iustitia et iure, q. 6, art. 6 arte quintam conclusionem³⁴⁷; quod ubi haereticus legitime interrogaretur a iudice de crimine vel quia esset notatus infamia vel quia esset adversus illum semiplena probatio. si haereticus tunc negaret crimen quia fateri tenebatur et per iniuriam iudicium impeditum, teneretur ad solutionem puenue et subinde ad tradendum fisco omnia bona sua in form consuetitiae; unde si tunc fiscus id certo sciret, posset in recompensacionem accipere clam bona illius. si sine scandalo id efficere posset.

Ad 5 dicendum est, possidere titulum domini hunc etiam legitimae possessionis lege permittae, ut visum est.

De aliis puenis haereticorum.

Disputatio 5.

Haereticus, esto papa sit, deponi potest a dignitate, ut patet capite Si papa, 40 d.³⁴⁸. Non solum haeretici, sed etiam credentes, receptatores, fautores et defensores haereticorum admitti non possunt ad ullum beneficium ecclesiasticum aut officium publicum tam ecclesiasticum quam saeculare; et quod seruus fuerit attentatus, est irritum et inane, capite Quicumque, paragrapfo Haereticis³⁴⁹, et capite Ut commissi, de haereticis, lib. 6.³⁵⁰. Praeterea quicumque viri ecclesiastici ad preces haereticorum, credentium, fautorum, receptatorum, aut defensorum haereticorum fuerint adepti dignitates aut quaecumque alia beneficia ecclesiastica sunt ipso facto in perpetuum privati totaliter adeptis. Et si scientes illa ita receperint, sunt inhabiles ad alia [f. 257r] quaecumque in posterum accipienda, capite Quicumque, paragr. Ad haec, de haereticis, lib. 6.³⁵¹. Filii etiam haereticorum, credentium, receptatorum, fautorum et defensorum haereticorum usque ad secundam generationem sunt inhabiles ad beneficia ecclesiastica et officia publica perinde atque parentes, capite Quicumque, paragr. Haereticis, de haereticis, lib. 6.³⁵². Hoc tamen postea limitatum est per Bonifacium VIII, capite Statutum 2, de ha-

347. DUMINICO DE SOTO. De iustitia et iure. I. I. q. 6, a. 8: pp. 55 b — 56 a.

348. C. I. C., c. 6. D. XI, ed. Friedberg, 1, 145.

349. C. / C. r. 2, § 2, in Sexto, de haereticis. V, 2: ed. Friedberg, 2, 1070.

350. C. I. C., c. 12, in Sexto, de haereticis. V, 2: ed. c., 1075. La cifra no parece muy ajustada a lo que se dice en el texto.

351. C. I. C., c. 2, § 3, in Sexto, de haereticis. V, 2: ed. c., 2, 1050.

352. Véase la nota 349.

reticis, lib. 6³⁵³, ut intelligatur per lineam paternam usque ad secundam generationem, hoc est ad filius et nepotes, per matrem vero ad primam dumtaxat, hoc est ad filios. Quare si sola mater sit haeretica, illi tantum et non nepotes sunt inhabiles, si etiam pater sit haereticus, nepotes ex filio sunt inhabiles, nepotes vero ex filia minime. Limitatum est praeterea illo endem capite ut intelligatur solum de filiis et nepotibus eorum haereticorum qui emendati noti sunt et reincorporati Ecclesiae exequentes poenitentiam ipsis impositam aut parati illam suscipere et exequi, glossa capituli Statutum citata; Covarrubias, lib. 2 Variarum Resolutionum, capitulo 8, num. 3³⁵⁴. Et communiter doctores intelligunt poenam hanc extendi ad filios aut nepotes quoscumque etiam non legitimos, modo vir haereticus sit certus ipsorum pater aut avus et non dubius.

Dubitatar utrum illi haereticorum, credentium, fautorum, etc priventur ipso facto etiam beneficis et officiis publicis quae iam antea obtinebant quam parentes in tale crimen incidenter. Idem dubium exaltari potest de haereticis ipsis, credentibus, fautoribus, receptatoribus et defensoribus, utrum propter huiusmodi crimina priventur ipso facto beneficis et officiis publicis quae obtinebant antequam in huiusmodi crimina incidenter. Covarrubias, loco citato, n. 4³⁵⁵, ut satisfaciat huic dubio praemittit quod regulariter loquetudo quando [f. 257v] quis ob aliquod crimen lege aliqua efficitur indignus, aut inhabilis ad obtinenda beneficia aut alia munera et honores publicos, non censetur propter tale crimen privatus obtentis antequam committeret crimen, iuxta glossam communiter receptam Clem. 1 de poenis³⁵⁶, verbo *obtinenda*; et rursus quod quando aliquis ob crimen aliquod lege aliqua privatur obtentis non propterea patrato criminis censetur inhabilis ad alia obtinenda iuxta glossam communiter etiam receptam Clem. 2 de poenia, verbo *obtentis*³⁵⁷. Quare ut incurrit quis utramque poenam, necesse est ut utraque poena lege exprimatur, atque haec doctrina vera est et communis ac memoriae commendanda. Addit

353 C.I.C., c. 15, in Sexto, de haereticis, V, 2, ed. c. 2, 1075a.

354. *Thesaurus de COVARRUBIAS, Variarum resolutionum...*, I, 2, c. 8, n. 3: ed. c. (fratris 181), t. 2, p. 190 b.

355. IDEN, ib. n. 4: p. 191 a.

356. C.I.C., c. 1, in Clementinus, de poenis, V, 8, ed. Roma 1582, 3, 296, 4-5.

357. C.I.C., c. 2, in Clementinus, de poenis, V, 8: ib., 297, 69-72.

deinde Covarrubias³⁵⁸ quod licet caput Quicumque paulo ante citatum solum reddat inhabiles haereticos, fautores etc. tum etiam filios cortum ad beneficia ecclesiastica et officia publica; nihil minus tamen quia capite Ut commissi, paragrapho. Privandi. de haereticis, lib. 6³⁵⁹, innuit haereticos privatos etiam esse beneficiis obtentis, quandoquidem concedit inquisitoribus facultatem privandi et privatos esse denunciandis haereticos et fautores, receptatores ac defensores bonificiis et altis dignitatibus, ubi Covarrubias putat verbum «privandi» appositum esse propter fautores, defensores, et receptatores, verbum vero «privatos esse» propter haereticos quasi ipso iure privati sint beneficis et officiis quae obsecabant, ideo, inquit, haeretici non solum inhabiles sunt ad obtainenda beneficia et officia publica, sed etiam commissio criminis ipso iure privati sunt obtentia. Vult autem in summa relectis allis opinionibus inhabiles esse haereticos ad obtainenda, et privatos esse obtentis; fautores vero, defensores et receptatores inhabiles esse ad obtainenda, non tamen privatos esse obtentis, sed posse privari ob crimen commissum, quod confirmat ex capite Excommunicamus 1. paragrapho. Credentes, extra, de haereticis³⁶⁰, ubi de huiusmodi hominibus dicitur quod si clerici sint ab officio et beneficio deponantur, non tamen [f. 258r] dicitur quod sint privati ipso facto; unde privati non sunt antea obtentis, sed privari possunt ob crimen; at vero filios praedictorum omnium vult inhabiles esse ad obtainenda, non tamen esse privatos antea obtentis, neque privari posse propter crimen parentum.

Placet tamen magis dicamus cum Castro, 2 De iusta haereticorum punitione, cap. 9³⁶¹; neque haereticos privatos esse ipso facto beneficiis et officiis publicis quae obtainuerunt ante haeresim commissam. Ratio autem quae me movet est, quia nullum est ius, quod hactenus viderim, quod id doceat; poenae autem restringendae sunt et non ampliandae. Caput autem Ut commissi, paragrapho Privandi³⁶², cui potissimum nititur Covarrubias pleniori et longe meliorem habet interpretationem luxta hanc nostram sententiam quam iuxta sententiam ipsius, videlicet quod

358. Véase las notas 354x.

359. C.I.C., c. 12, In Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1075.

360. C.I.C., c. 13, X, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 786.

361. ALFONSO ex Castro, De iusta haereticorum punitione. I. 2. c. 9: ff. 108v-109r.

verbum «privandi» appositum sit propter beneficia et officia obtenta ante crimen commissum, nam huiusmodi beneficis et officiis privandi sunt per seipsum iudicis, non vero sunt ipso facto privati, verbum vero «vel privatim esse denunciandi» appositum sit propter beneficia et officia quae obtinuerunt criminis iam commisso; nam huiusmodi ipso iure sunt privati, cum iuxta iura civitatis ad illa sint omnino inhabiles. Confirmatur nostra sententia ex capite Ad abolendam, extra, de haereticis³⁶², ubi dicitur quod haereticorum deprehensi si ecclesiastici sint totius ecclesiastici ordinis prerogativa nudentur, et sic officio et beneficio nudati relinquuntur curiae saeculari. Ubi in iustitia ipso facto proupler crimen non esse nudatos obtencit Quaedam autem iura quae citat Covarrubias³⁶³ ex argumentato capite Quo iure B. d.³⁶⁴, et cap. 1 et 2. 23, q. 7³⁶⁵ nihil contra nos probant si recte inspiriantur.

Ex dictis colligo cum Castro³⁶⁶, quod si haereticorum aut fautorum, receptaculorum vel defensorum haereticorum post crimen commissum obtinuerint beneficium aut officium teneantur restituere [f. 258v] fructus quos inde receperunt, ut haereticus tenetur restituere stipendium cathedrae quam oblinuit universitati aut ei quem insigne impedivit ne eam obtineret, qui ut non habebat ipsa ad illam ita neque ad fructus et stipendium illius. Si vero obtinuerant officium aut beneficium ante crimen commissum, non teneantur restituere fructus; fiscus tamen lata sententia occupabit quidquid fructus inventum fuerit in bonis haereticorum aut restituentur Ecclesiae, iuxta dicta disputatione tertia³⁶⁷.

Dubium pralieren est utrum filii haereticorum, fautorum et caeterorum qui nati sunt ante communissimum crimen parentum, inhabiles etiam sint ad beneficia ecclesiastica et officia publica perinde atque reliqui qui nati sunt post crimen exterritum. Et ratio dubitandi est, quia in aliis criminibus, quae iure civili puniuntur, quando puenia extenditur ad filios propter crimen parentum, solum extendi censemur ad filios natos post crimen cum-

362. C.I.C., c. 9. X, de haereticis, V, 5: ed. Friedberg, 2, 981.

363. DIXON DE COVARRUBIAS, Veritarum Resolutiones..., I. 2. c. 8, n. 4 ed. c. t. 2, 191 a.

364. C.I.C., c. 1. D. VIII: ed. Friedberg, 1, 128.

365. C.I.C., c. 1 et 2, C XXIII, Q. 7: ed. Friedberg, 1, 930 y 931.

366. ALFONSO DE CASTRO, De iuste haereticorum penitentia, I. 2. c. 9: ff. 108v-109r.

367. Vease las págs. 251-254 (803-806).

missum, etiam in crimine laesae maiestatis, ut latius invenies disputatum apud Castrum, 2 De iusta haereticorum punitione, capite 1³⁶⁸; Covarrubiam, libro 2 Variarum Resolutionum, cap. 8, num. 5³⁶⁹ et Symancam, titulo 29, num. 22³⁷⁰ et apud alios quos illi citant.

Castrus, loco citato³⁷¹, et 1 De lege poenali cap. 7³⁷², et Covarrubias loco etiam citato³⁷³ licet dubiam relinquunt hanc questionem multis tamen pro utraque parte adductis eam partem sequuntur quae affirmat filios etiam qui nati sunt ante crimen parentum inhabiles esse ad officia publica et beneficia ecclesiastica. Potissimum moventur in primis, quia capite Filii, de haereticis, libro 6³⁷⁴ filii eorum qui tempore mortis ad se admis- ruit haereticos ut circa illos exercent ritus suos, in certo quodam casu decernuntur non debere admitti; clarum autem est huiusmodi filios non esse natos aut conceptos post mortem patris. Deinde moventur, quia capite Quicunque, paragrapho Haereticis³⁷⁵, et capite Statutum 2, de haereticis, lib. 6³⁷⁶ nulla facta distinctione de filiis natis ante crimen patris, et post, filii haereticorum propter crimen patris inhabiles statuuntur ad beneficia ecclesiastica [f. 259r] et officia publica; ubi autem lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Iacobus vero Symanca, loco citato³⁷⁷, cum multis aliis contrariam sententiam tenet, filios videlicet natos ante crimen parentum inhabiles non esse. Movetur autem cum ob alia, tum etiam quia nulla lex canonica est quae nominatim eos inhabiles reddat. Quare cum legibus civilibus quibus filii puniuntur propter delicta parentum, solum intelligentur puniri qui nascuntur post delictum, non est verisimile mentem Ponit filium in iure canonico esse in similibus legibus statutis post civiles nomine filiorum alios intelligere quam qui nati sunt post delictum parentum. Praeterea, quia honores et privilegia concessa parentibus, sibi et filiis suis non intelliguntur extendi nisi ad filios natos post talem concessionem, nisi

368. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, l. 2, c. 9: ff. 107r b — 108r a.

369. DIEGO DE COVARRUBIAS, *Variarum Resolutionum*, l. 2, c. 8 n. 5: ed. c., l. 2, ff. 191 b — 192 b.

370. DIEGO DE SIMANCAS, *Institutiones catholicae*, c. 28, n. 1-6: ff. 89v-91v.

371. ALFONSO DE CASTRO, *De potestate legis poenitentiae*, l. 1, c. 7: ed. c., pp. 292 b E — 299 b D.

372. C.I.C., c. 3, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. c., 2, 1070.

373. C.I.C., c. 2, § 2, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib.

374. C.I.C., c. 15, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib., cols. 1075s.

peculiaria fiat mentio quod se extendant etiam ad natos ante concessiunem; ergo neque poenae statutae parentibus et propter eos, eorum filiis intelligi debent extendi ad filios natos ante crimen, quandoquidem poenae sunt restringendae et favores ampliandi et benignior Interpretatio legis sit eligenda, ubi lex illam patitur. Adde, quod ex concilio Toletano 13 capite 1.^o^{mo} manif. teste habetur filios natos ante haeresim patris non affici poenam iuris neque privari honoribus quibus ante crimen potiebantur cum parentibus. Nam cum eo capite restituantur parentes in pristinos honores indulgentia principis et concilii restituuntur etiam filii nati post scelus commissionem, non facta mentione de filiis natis ante scelus quasi tali restitutione non indiguisserent.

Covarrubias, in 2.^a sua editione³⁷⁵, respondet huic argumento a Simanca propuesto Concilium illud non fuisse generale neque a Sede Apostolica approbatum; sed certe praefati et viri docti qui convenerunt ius non ignorabant. Commendius dixisset poenas illes per principes Hispaniae luxla leges [f. 259v] civiles iuris communis et Hispaniae fuisse statutas, non vero per Summum Pontificem. Et praeterea iura Sexti decretalium post illud concilium fuisse statuta; nihilominus concilium illud non desinit favere sententiae Symonae.

Ego hoc in parte anceps etiam sum, neutramque sententiam iuridico improbabilem. Qui voluerit defendere sententiam posteriorem ut benigniorem, in quam cacteris partibus semper est inclinandum. Ad cap. Filii, de haereticis, lib. 6.^o dicet caput illud perinde loqui de filiis atque de aliis haeredibus de quibus constat non puniri inhabilitate ad beneficia et officia publica propter crimine defuncturum. Intererat autem filiis natis ante uirum commissum defendere patrem, tum ne armitterent bona patris, quorum erat dominus tempore mortis quae propter crimen erant confiscanda, tum etiam quia ignominia parentum in filios rediudicata. Quare ex illo capite nihil colligitur. Ad alia vero duo capita dicendum est quod licet absolute de filiis haereticorum loquantur, intelligenda tamen sunt ut communiter intelligi consueverunt similes leges civiles quae ante illa iura puniebant filios propter peccata parentum.

375. Concilium Toletanum XIII, c. 1: ed. Vives, pp. 415s.

376. Dicso de Covarrubias, Variorum Resolutiones..., 1. 2, c. 8, n. 5: ed. c. 1. 2, p. 192 b.

Potes utrum illi qui ad beneficia et officia publica sunt inhabiles promoveri possint ad sacros ordines. Praetermissa quorundam sententia, dicendum est cum Symanca, loco citato, num. 1³⁷⁷ et cum Tertia Instructio Vallisoletana³⁷⁸, capite 11³⁷⁹, promovere non posse. Sacri enim ordines ad maxima officia ecclesiastica exerceenda ordinantur, et ab huiusmodi officiis potius quam a quibuscumque aliis arceri debent huiusmodi homines.

Potes ulterius utrum filii eorum qui, quod relapsi sint, relaxantur brachio saeculari, inhabiles sint ad officia et beneficia publica, si parentes non moriantur haeretici. Symancas, loco citato, num. 17³⁸⁰ et quidam alii putant eos non esse inhabiles quia parentes eorum vere in [f. 260r] corporati sunt Ecclesiae et fideles discesserunt eisque non denegantur sacramenta poenitentiae et Eucharistiae, ut patet capite Super eo, de haereticis, lib. 6³⁸¹. Quare iuxta limitationem Bonifacii VIII cap. Statutum 2.³⁸², filii eorum non sunt inhabiles ad officia et beneficia publica; aliis vero, quos ibi refert Symancas, magis placet oppositum. Puto autem distinguendum esse. Si enim adeo constat illos non flete converti ad veram fidem, ut ad arbitrium prudentis viri digni sint quibus sacramenta Ecclesiae ministrentur, credo filios eorum non esse inhabiles, ut docebat Symancas³⁸³, quia de numero eorum haereticorum sunt quos emendatis esse constat; filii autem talium sunt quos Bonifacius VIII non vult esse inhabiles, ut patet intuenti litteram cap. Statutum. In sententia autem istorum meo iudicio pronunciari non debet quod tamquam ficti et impenitentes relaxantur brachio saeculari, sed quod tamquam relapsi relaxantur, iuxta dispositionem iuris canonici. At vero si tales sint, ut suspicio sit eos flete converti ne cremenatur vivi, vel ne ipsi aut lisorum filii patientur alia incommoda, ut commu-

t. Ms. Hispanensis

377. Diego de SIMANCAS, *Institutiones catholicae*, c. 29, n. 1; f. 99v.

378. Simancas cita la *Instructio Vallisoletana*; Molina la *Hispanensis*. La cita corresponde a la de Valladolid: Instrucción tercera de la Inquisición de España, dispuesta por el primer inquisidor general fray Tomás de Torquemada en Valladolid a 27 de octubre de 1488. Puede verse en: JUAN ANTONIO LLORENTE, *Anales de la Inquisición de España*, t. 1, Madrid 1812, p. 401.

379. Diego de SIMANCAS, o. et l. r. (nota 377), n. 7 f. 10iv.

380. C.I.C., c. 4, in Gextr, de Haereticis, V. 2: ed Friedberg, 2, 1000s.

381. Véase la nota 379.

niter esse solet et fuste existimari potest nisi sint apertissima indicia in contrarium, credo filios eorum inhabiles esse; quia non constat parentes emundatos esse et incorporatos Ecclesiae, neque huiusmodi hominibus Eucharistia ministrari debet neque solet, secus autem est de sacramento poenitentiae quod ubi non est evidenter eos haereticos esse, aut mentiri in confessione, ministrari debet stando dictis et confessioni ipsorum in foro conscientiae.

Circa poenam de qua disputamus illud advertendum est: cap. Excommunicamus 1.^o, paragr. Credentes, de haereticis³⁸², credentibus, receptatoribus, fautoribus et defensoribus haereticorum eam poenam statutam esse ut si postquam aliquis tali fuerit excommunicatione notatus, intra annum satisfacere contempserit, ipso [f. 260v] iure sit infamis neque ad publica officia et concilia, neque ad eligendos alios ad officia et concilia, neque ad testimoniun admittatur, sit etiam intestabilis ita ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad haereditatis successiōrem accedat, nullusque illi super quocumque negotium respondere teneatur, et ipse altis respondere cogatur. Si iudex fuerit, sententia illius nullam obtineat firmitatem, neque causae ad eius audiencem deterantur; si fuerit advocatus nullatenus eius patrocinium admittatur; si tabellio instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, et in aliis fidelibus [sic] idem est observandum; si fuerit clericus, ab omni officio et beneficio deponatur. Clericis praeterea praecipitur ut huiusmodi hominibus ecclesiastica sacramenta non ministrant, neque eos tradant christiana sepulturae neque eleemosynas aut oblationes eorum accipient, alioquin suo preventur officio ad quod numquam restitui possint absque speciali indulto Sedis Apostolicae; si regularis fuerit praecipitur ut in dioecesi ubi haec non servaverunt non serventur eorum privilegia.

Alia poena haereticorum est ut qui vel ipsos vel credentes, fautores etiam praesumpserit ecclesiasticae tradere sepulturae sit ipso facto excommunicatus, neque absolutionis beneficium accipiat nisi propriis manibus extumulet et proiiciat huiusmodi hominum corpora. Insuper decernitur ut tali locus perpetuo caret sepultura, cap. Quicumque, paragr. 1.^o, de haereticis, lib. 8³⁸³.

382. C.I.C., c. 13, § 5, X. de haereticis, V, 7; ed. Friedberg, 2, 780.

383. C.I.C., c. 2, in Sexto, de haereticis, V, 2; ed. Friedberg, 2, 1069s.

Damnati de haeresi relaxantur brachio saeculari puniendo, degradandi tamen prius si fuerint clerici cap. Ad abolendam³⁸⁴, cap. Excommunicatus 1.^a, paragrapto Damnati³⁸⁵ et cap. Excommunicatus 2. extra. de haereticis³⁸⁶. Est vero legibus civilibus ea poena huiusmodi humantibus statuta ut combatantur. Porro de haeresi damnantur etiam filii qui suspecti de haer[eti]c[i] 261r]esi, et vocati ut de fide respondeant, contumaces fuerint in comparendo, et per annum sustinuerint excommunicationem quemadmodum quod non compareant. cap. Cum contumacia, de haereticis, lib. 6³⁸⁷.

Si haereticus admonitus abiurata haeresi redire voluerit ad Ecclesiae unitatem, admitti debet, nisi sit relapsus; neque relaxandus est brachio saeculari et absulvi debet ab excommunicatione in forma Ecclesiac, infunctis consuetis poenitentiis. quarum una est ut perpetuum carcere mancipetur, iuxta caput Excommunicatus 2. paragr. Si qui, extra, de haereticis³⁸⁸. Admonentur tamen inquisitores ut solerter attendant ne simulata poenitentia redeant. Hacc habentur cap. Ut officium, paragr. 1.^a, de haereticis, lib. 6³⁸⁹ et cap. Ad abolendam, extra, de haereticis³⁹⁰. Si de hac re longiorem desideras disputationem, lege Castrum, 1.^a lib. De iusta haereticorum punitione, cap. 12³⁹¹.

Porro abiurare haeresim est damnare et detestari haeresim confitendo errorem esse et profitendo oppositum. Est autem mos antiquissimus in Ecclesia Dei ut haeretici, aut de haeresi suspecti, haereses in quibus sunt deprehensi, aut de quibus sunt suspecti, publice abiurent etiam in scriptis subscriptis propria manu, solebatque id fieri in conciliis generalibus aut provincialibus. Hunc vero abiurant haeretici aut qui de haeresi sunt suspecti publice coram Episcopo aut coram inquisitoribus in theatro ubi sententia eorum publica proferatur, quamvis qui soli damnantur ut leviter suspecti non soleant abiurare publice in theatro, sed domi coram inquisitoribus in ipsorum tribunalii.

384 C.I.C., c. 9, X, de haereticis, V, 7: ib., 781.

385 C.I.C., c. 13, § 1, X, de haereticis, V, 7: ib., 781.

386 C.I.C., c. 15, X, de haereticis, V, 7: ib., 789.

387 C.I.C., c. 7, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib., 1071.

388 C.I.C., c. 15, § 1, X, de haereticis, V, 7: ib., 789.

389 C.I.C., c. 11, in Sexto, de haereticis, V, 2: ib., 1073.

390 C.I.C., c. 9, X, de haereticis, V, 7: ib., 781.

391 ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, I, 1, c. 2. ff. 82r-85v.

Duplex autem est abituratio, quaedam generalis, non solum haeresium in particulari de quibus damnati sunt aut accusati et damnati tamquam suspecti, sed etiam omnium [f. 261v] aliarum in particulari et in universum; quaedam autem particularis earum tantum haeresium, de quibus damnati sunt aut accusati et damnati tamquam suspecti. Et licet in iure canonico non reperiatur textus, in quo praecipiatur ut haereticci aut suspecti in fide de omnibus in universum haeresibus et erroribus fidel contrariis publice ablurent, id tamen et fieri et praecipi posse colligitur ex cap. Accusatus, paragrapho. Eum vero, de haereticis, lib. 6³⁹² ubi dicitur eum qui in unam haeresim incidit si in universum haereses abluravit et postea incidit in aliam, iudicandum esse relapsum. Hodie vero consuetudo obtinuit, optimoque iure sanctum est, ut omnes abiurent non solum de haeresibus de quibus fuerunt accusati aut convicti, sed etiam de omnibus alias in universum: abiurant vero iure iurando affirmando se damnare et detestari haereses de quibus damnati et accusati sunt, sed etiam quaecumque alias, atque integre profiteri fidem Ecclesiae Romanae et simul etiam iure iurando se astringendo ad quaedam alias. Formam abiurationis habes apud Castrum, 1.^a De iusta haeretorum punitione, capite ultimo³⁹³; quo capite, tum etiam apud Symancum in Institutionibus, titulo 1.³⁹⁴, longiori de hac re librienes disputationem.

Relapsi abeque ulla audientia praecipiuntur relaxari brachio seculari capite Ad abolendam, extra, de haereticis, lib. 6³⁹⁵. Attamen licet eis non concedatur venia in ordine ad mortem temporalem et ad alias poenas corporales viandas, si tamen ex corde poeniteant, in eisque manifesta signa poenitentiae appareant, neque penitentiae neque Eucharistiae sacramenta eis denegantur, et eadem ratione credo quod neque Extremae Unctionis si in carcere ex infirmitate ab hac vita discedant, cap. Super eo, proxime citando³⁹⁶. Relapsus in primis ls dicitur qui damnatus de aliqua haeresi post illam abjuratai iterum in eam incidit. Relap-

392. C.I.C., c. 8, § 1, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1072.

393. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticarum punitione, 1, 1, c. 24. f. 77r a-b.

394. DIEGO DE SIMANCAS, Institutiones catholicae, c. 1: ff. 1-6r. La formula, en et n. 27: ff. 59-61.

395. C.I.C., c. 9, X, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 781.

396. C.I.C., c. 4, in Sexto, de haereticis, V, 2: fb., 1071.

sus praeterea iuris fictimne seu praesumptione is dicitur qui damnatus tamquam vehementer suspectus de aliqua haeresi [f. 262r] post illum abiuratam in eam incidit. Quod si solum damnatus esset tamquam leviter suspectus, hie et gravius sit puniendus quam si talis damnatio non praecessisset non tamen censemur relapsus, esto in candem haeresim incidat de qua fuit suspectus. Haec habentur capite Accusatus, paragrapho 1^a, de haereticis, lib. 6.³⁹⁷

Damnatus de una haeresi, si universaliter haereses abiuravit, et postea in aliam haeresim diversam incidat, relapsus est reputandus, eudem cap. paragrapho Eum vero³⁹⁸. Unde inferunt Glossa, ibidem³⁹⁹, et Castrus, De iusta haereticorum punitione, cap. 2⁴⁰⁰, quod si solum abiutasset haeresim in quam inciderat, incidendo postea in aliam diversam, non reputaretur relapsus, quia ob id possuit Summus Punctilex: *Si haeresim generaliter⁴⁰¹ abiuravit, ut in eo casu exciperet eum qui haeresim commissam solum abiuravit, et praeterea quia textus non plus sonat, et punctione non sunt amphionae.* Praeterea ille de cedus lapsu in haeresim vel ante abjurationem constituerat, vel post abjurationem constat, si haereticus post abjurationem accepit, deducat, excitat, seu associet aut munera vel dona eis donet vel mittat seu favorem eis impendat. Qui excusari non possit censetur etiam iuris praesumptione relapsus. et ut talis punitur, cap. Accusatus citato, paragrapho Ille quoque⁴⁰², quia haec ex approbatione erroris quem abjuraverat, censemur provenire.

Hinc colligit Castrus, loco citato⁴⁰³, et bene, quod condemnatus ut vehementer suspectus, de quo post abjurationem non constat quod in haeresim abiuratam incidisset, ut ante abjurationem non constabat, esto haereticus associet, visitet, etc., non est censendus relapsus, quia neque ex hoc textu neque ex alio id habetur, quin potius hic textus innuit oppositum dicens: *Si de lapsu in haeresim constituerit quasi si non constet, sed solum: sit suspectus*

397. C.I.C., c. 8, in Sexto, de haereticis, V, 2: ab, 1012.

398. Véuse la note 392

399. Puede verse, por ejemplo, en la ed. Roma 1582, 3, 621, 49-53.

400. ALFONSO DE CASTRO *De iusta haereticorum punitione*, I, 2, n. 2; ff. 82r b—82v a.

401. C.I.C., c. 8, § 1, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. Friedberg, 2, 1072. Las palabras del texto son: ... et postmodum haeresim simpliciter vel generaliter abiuravit... .

402. C.I.C., c. 8, § 2, in Sexto, de haereticis, V, 2: 16

403. Véuse la note 400: f. 82v.

Id non intelligatur. Adde quod poenae non sunt ampliandae; voluit ergo et merito Ecclesia quod hoc ut aliquis relapsus habeatur, constet eum semel [f. 262v] saltem in haeresim incidisse et non sint omnia, propter quae damnatur, purae suspicionis. Adverte tamen quod hic de quo loquimur gravius multo est puniens, malisque purgatio canonica est ei intungenda quam si non praecessisset damnatio et abiuratio quae praecessit.

Dubium est hoc loco, utrum qui damnatus de una haeresi post abiurationem universam decepit, deduxit et haereticos alterius haeresis, sit condemnandus tamquam relapsus ut quidam natus de Iudaismo recepit lutheranum aut contra, vel qui damnatus de haeresi circa mysterium Trinitatis recepit apostatam ad Iudaismum aut lutheranum aliquid. Respondendum est negative cum Castro, loco citato⁴⁰⁵; cui subscriptis Symancas, titulo 57, nutns. 6 et 7⁴⁰⁶. Et ratio est, quia ob id qui abiuravit haereticum in quam constat incidisse, censetur relapsus si recepit haereticos aut eos deducit, etc., quia, ut dicitur in illo paragr. Ille quoque⁴⁰⁷, non est dubium cum ex approbati prius a se erroris consequentia id fecisse. Cum ergo haec ratio non cernatur quando quis recipit aut deducit haereticos diversi erroris et lux cesset ubi cessat ratio legis fit ut propter decisionem parag. illius, iste non sit censendus haereticus, maxime cum poenae non sint extendendae. Allas rationes vide apud Castrum⁴⁰⁸.

De eo qui damnatus de haeresi post illam abiurationem in eam incidit, si antequam esset delatus et antequam sciretur ita ut posset deferri propria sponite veritatem ad inquisidores et vere confessus peteret veriam credit Castrus. loco citato, quod non esset tamquam relapsus damnandus, sed sibi esse parcendum in iuncta graviori poenitentia quam si antea non fuisse damnatus, quod verum arbitror saltem iuxta epicheam et benignam interpretationem iurium. Vlde apud Castrum multa quae ad hoc adtegit⁴⁰⁹.

405. Véase la nota 400. f. 83 r.v.

406. DIEGO DE SIMANCAS, *Institutiones catholicae*, c. 55, n. 3; f. 197r.

407. C.I.C., c. 8, § 2, In Sexto, de haereticis, V, 2; ed. c., 2, 1072.

408. ALFONSO DE CASTRO, o. et l. c. (nota 400), f. 82r b.

409. Idem, ib.: f. 82v b.

Alla poena haeretica statuitur quod emancipatio per eos facta a tempore commissi delicti est ipso iure nulla, quin potius a commisso delicto filii ipsorum manent sui iuris eis non subjecti, cap. Quicunque, paragr. Ultimu, de haereticis lib. 6⁴⁰⁹.

[f. 283r] Alia etiam est qua servi et quicunque alii quocumque pacto quacumque firmitate vallabo haereticis erant astrielli, liberentur ab omni debito fidelitatis, dominii, et totius obsequii. Hoc ipso quia manifestum est eos in haeresim incidisse, cap. ultimo, exira, de haereticis⁴¹⁰. De hac autem poena aliquid diximus q. 10 art. 10⁴¹¹. Et latius Deo dante aliquando dicemus

De denunciatione.

Diputatio 6.

Haereticus omnis atque apostata denunciandus est sub poena excommunicationis latae sententiae, quae in edictis inquisitorum apponi solet. Tempus autem ibi praescriptum loco trinae monitionis canonicas intra quod quicunque sub illa poena tenetur denunciare intelligitur deinceps est praescriptum a tempore quo quis scit delictum alterius. Quare cum tempus illud modo sit triduum dierum sit ut a tempore quo quisque scit aliquod crimen teneatur illud denunciare intra triducta dies sub poena excommunicationis latae sententiae. Adverte tamen quod si sit periculum in mora, quia delinquens fugiet atque pervertet alios, peccabit mortaliter qui ante illud tempus non denunciaverit modo id efficere possit. In universum sub eadem poena denunciandum est intra idem tempus de illis omnibus de quibus edictum praecipit denunciare. Adverte tamen quod si in foro conscientiae confessarius invenerit aliquem de numero eorum de quibus praecipiuntur denunciari non fuisse haereticum, poterit illum absolvere, nisi altunde casus ille fuerit reservatus comparatione talis confessari. Qui tamen exterior aciverit illum ita delinquisse aut fecisse id quod praecipitur denunciari, tenebitur sub poena excommunicationis deferre illum

409. C.I.C., c. 2, § 4, in Sexto, de haereticis, V, 2: ed. c., 2, 1070.

410. C.I.C., c. 16, X, de haereticis, V, 7: 10, 789c.

411. Louis de Molena, *Annotationes in II. II. dini Thomae*, q. 10, a. 10: ArchTenufranc 42 (1979) 176-179.

ad inquisidores; v. g.: in edicto praecipitur ut quicumque sciverit aliquem vivente priore uxore alteram duxisse sub poena excommunicationis id denuntiet inquisitoribus. Et ratio est, quia praesumitur male sentire de sacramentis et esse suspectus in fide [f. 263v] Si ergo confessarius in confessione inveniat eum qui ita duxit duas uxores ex luxuria et non ex errore in fide delinquisse, poterit eum absolvere a peccato, et tamen quicumque exterius noverit illum duas duxisse uxores tenetur eum denunciare inquisitoribus sub poena excommunicationis. Item edictum praecipit ut quicumque sciverit aliquem invocare daemonem aut conculari imagines, illum denuntiet, quia revera suspectus est in fide. Quod si confessarius in confessione inveniat invocantem doemonem nondum interius errasse in fide neque apostatam esse, aut cum qui conculeavit imagines ira percitum etiam cum odio Dei, imaginum aut sanctorum id fecisse, sine errore tamen in fide, poterit eum absolvere. Qui tamen id exterius cognoverit, tenetur sub poena excommunicationis eum denunciare inquisitoribus. Unde infero quod si aliquis in aliquo simillimum criminum complicem habeat, licet ipse non habeat errorem in fide tenetur complicem denunciare, nisi sciat eum esse iam emendatum iuxta ea quae subiiciemus. Illud advertam punire sortilegos, et divinatores non pertinere ad inquisidores, sed ad ordinarios, nisi quando haec ita sunt ut haeresim sapient, Cap. Accusatus paragt. Sane de haeretica. lib. 6⁴². Quidquid ergo haeresim sapit, ad tribunal inquisitorum pertinet atque ad ipsos est deferendum.

Dubium est hoc loco utrum in crimen haereseos locum habeat correctio fraterna, quasi praecedere debeat denunciationem inquisitoribus faciendam, ut si ita fuerati fuerimus fratrem, desistamus a denunciatione, quae ordinatur ad punitionem criminis.

Sit autem 1.^a conclusio Regulariter et absolute loquendo praecedere non debet, sed statim nulla praevia admonitione is de quo constat vere esse haereticum denuncian[f. 264r]dus est inquisitoribus. Haec est Castril, 2 De iusta haereticorum punitione, cap 25⁴³; Suti, 5 de iustitia et iure, q. 5, art. 1.^a⁴⁴; Navarril, in

412. C.I.C., c. 8, § 4, 10 Sexto, de haereticis, V. 2: eti. Wriedberg, 2, 1022

413. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, I. 2, c. 25: E. 172v n.

414. DOMINGO DE SOTO, De iustitia et iure, I. 5, q. 5, n. 2: ed. c., pp. 411 b. 415 [La edición citada tiene 401] a.

Manuali, cap. 18, num. 56⁴¹⁵. Symancac, titulo 19⁴¹⁶; et communis atque usu recepto comprobata Antequam autem eam probemus illique rationem reddamus supponendum est innumquemque sub reatu peccati mortalis, etiam non requisitum, teneri revelare iudici per se vel per alium denunciando vel accusando quocumque crimen quod facile reipublicae potest graviter nocere, quando alia via ad non potest impedire; idque esto in secreto fuerit ei commissum, nudo secretum ad sigillum confessionis non pertineat. Unde D. Thomas, infra, q. 70, art. 1 ad 2⁴¹⁷, ita inquit: Circa ea quae aliter homini quam per confessionem sub secreto commitmentur, distinguendum est; quandoque enim sunt talia quae statim cum ad notitiam huminis venerint, homo ea manifestare tenetur; puta si pertineant ad corruptionem multitudinis spiritualem vel corporalem, vel in grave damnum alicuius personae vel si aliquid aliud est, huiusmodi quod quis propalare tenetur, vel testificando vel denunciando. Et contra hoc dubium obligari non potest per secreti commissum Hartenius D. Thomas Quod si rationem huius rei desideras haec est, quia praeterquam quid unusquisque iure naturali plus tenetur prospicere buntum commune quam particolare alicuius, ecclae etiam iure lenitum vitare ac impedire damnum quod alteri et maxime reipublicae vel multitudini imminent ex malitia et peccato alterius, idque etiam cum damno famae eius, cuius malitia et peccato imminent tale damnum. Quare cum quandoquis aliter non potest impedire huiusmodi damnum quam revelandi crimen de quo loquimur iudici, iure naturali tentatur id efficere etiam cum damno famae alterius. Et esto illi obligatus poenam qua dignus est propter suam culpam, fit ut cum secretum circa huiusmodi criminis celanda sit de re iniqua cuius oppositum hominibus levetur iure naturali facere, impedire non possit obligacionem qua [c. 264v] quis tenetur huiusmodi criminis manifestare, est in iure mirando homo se astrinxisset ad tale secretum servandum; tunc enim turamentum esset de re iniqua ac proxinde nullam induceret obligacionem. Hinc licet colligere quod cum crimen heresies reipublicae sit: pestilentissimum et noxentissimum, facileque possit eam in-

415. MARTINUS DE SYMANCACE, Exhortatione seu Manuali confessorum, c. 18, n. 56; ed. o., t. I, p. 281 a.

416. DICO ex SIMANCAS, Institutiones catholicae, c. 18; f. 67.

417. THOMAS AQUINAS, Summa Theologica, II. II, q. 70, a. 1 et 2; ed. Leonina, p. 116 b.

ficere, nam ut Paulus. 2 Tim. 2⁴¹⁸, ait: Sermon haereticorum ut cancer serpit; et praeterea maxime referat reipublicae mundam esse ab omni hoc crimine atque ut munda conservetur alia coercentur et contineantur hac in parte in officio maxime reipublicae referat nullum haereticum praetermitti impunitum, sit ut non solum admonitus privatim aut communiter per edictum publicum, sed etiam [non] admonitus teneatur unusquisque detegere hoc crimen inquisitoribus saltem quando aliter non potest omnino illud extinguiere, ita ut nullum ex en periculum immineat reipublicae, teneaturque id efficere esto sub quocumque secreto (praeterquam sigilli confessoris) id acceperit aut sciverit, et esto iure iurando se astrinxerit ad id numquam detegendum, atque in proposito locum habet illud Augustini⁴¹⁹: qui veritatem occultat, et qui prodit mendacium, uerque reus est, ille quia prodesse vult. iste quia nocere desiderat.

Hoc praehabitio rationes se mutuo adjuvantes propter quas regulariter loquendo is de quo constat esse haereticum, statim est denunciandus nulla praevia correctione fraterna, inter alias sunt quae sequuntur. Prima est, quia correctio fraterna tunc solum est praemittenda, ut videbimus in proprio loco, quando spes est ea via nos lucraturos fratrem; quando autem non est talis spes nulla praevia correctione fraterna est statim denunciandus praelato vel iudici; in proposito autem, ex una parte mindica aut nulla est spes emendandi per correctionem fraternalm regulariter loquendo, quoniam cum de ratione haeretici [I. 265r] sit pertinacia, hoc est, quod discedat ab eo quod videt tenere Ecclesiam universalem, quis queso iuste sperabit sua privata admonitione se lucraturum est ut oportet conversurum illum cui iudicium totius Ecclesiae non sufficit? Maxime cum experientia esse soleat in contrarium. Et Paulus Tlt. 3⁴²⁰ eu tempore quo non erant vires in Ecclesia ad puniendum haereticum. Tulum tan-

418 2 Tim 2, 17.

419. La cita pudo tomarla Molina de THOMAS HIBERNICUS, Flores omnium pene Doctorum..., Lyon 1575, o de otro Florilegio que tuviera a mano. Thomas Hibernicus la trae en el v. *Veritas*, II (p. 914), y remite al margen al libro *De agone christiane* de San Agustín. En otras ediciones posteriores (por ejemplo, en la de Barcelona 1869) se repite la misma referencia. No hemos podido, sin embargo, encontrar esa cita en el *De agone christiano*.

420. Tlt 3, Ms.

tum episcopum admoneat ut haereticum hominem post unam et secundam correptionem devitet quasi incorrigibilem et de quo modica sit spes correctionis, dicens: sciens quia subversus est qui huiusmodi est et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Ex alia autem parte est periculum ne alios p[ro]aevertat, ne se fingat conversum, ut non deferatur ad inquisidores et interim secreto inficiat Ecclesiam, ne alios habeat complices quos teneatur detegere et qui Ecclesiam devastant ipsumque docuerint ne fugiat cum videat se admoneri et eo se conferat ubi tuto perseverare poterit in sua haeresi et alios inficere. Adde quod expedit maxime bono communi ut huiusmodi homines acerrime et quam citissime puniantur, ut acerbitate poenae scientesque nullum impunitum praetermitti, contineantur in veritate fidei et unitate Ecclesiae tantumque malum non habeat in republica. Plane haec ratio tam efficax est habita consideratione boni publici, cui Christus per p[re]ceptum correctionis fraternalis non intendit derogare propter bonum privatum famae aut bonorum temporalium delinquentis ut quam rarissime admittendum sit in criminis haereticos habere locum correctionem fraternalis et ut in dubio qualcumque semper denunciandum sit nulla p[re]via correctionis fraternalis.

Secunda ratio est, quia circa peccatores qui in peripciem republicae peccant, regulariter loquendo non est necessarium p[re]cedat correctio fraternalis, sed statim [f. 266v] nulla p[re]via correctione aut admonitione procedendum est ad accusationem aut denunciationem, ut autor est D. Thomas, inferius, q. 33, art. 7 in corpore et ad 3rd. Et est communis sententia theologorum et iurisperitorum. Et ratio est, quia ordo correctionis fraternalis ad id institutus est a Christo Domino ut fama proximi conservetur quantum fieri possit, sine impedimento maioris boni. Unde si sufficit admonitio eius tantum qui novit illum peccare, illa batitum utendum est ut fama proximi integra conservetur. Quod si id non sufficit, cum maius bonum sit conscientiam fratris manere illasem quam sit fama illius, fama posthabenda est ut conscientia sanetur, non plus tamen famae minuendum est quam ad id fuerit necessarium. Unde secundo loco iubet Christus⁴²¹

421. THOMAS AQUINAS, Summa Theologica, II.II., q. 33, a. 5c et ad 3rd
ed. Longina, 8, 269 b y 270 b.

422. Mt 18, 16s.

adhibere unum aut duos testes ut si id sufficit, non plus frater infameretur. Et tertio loco iubet postponi omnino famam illius et dicti Ecclesiae vel praelato. Cum ergo bonum commune reipublicae praestantius aut maius sit quam fama culusque fit ut propter bonum communem fama proximi sit postponenda. Quare sive lex eu quod servetur ordo correctionis fraternalae periculum imminentis reipublicae vel in peccatis quae sunt in perniciem reipublicae bono communni conveniens omnino aliquando iudicatur ut praetermittatur correctio fraternalis et statim procedatur ad denunciationem, id utique facendum est, neque intentum Christi fuit ut servaretur ordo correctionis fraternalae, nisi quando non esset impedimentum maiori bono. Cum ergo peccatum haeresis gravissimum scelus sit quod oīa et maxime nocere potest reipublicae, nisi continuo detegatur, maximeque referat reipublicae accrime puniri, nullumque haereticum manere impunitum, fit ut si in aliquo alio crimen quod sit in perniciem reipublicae correctio fraternalis praetermittenda et statim sit procedendum ad denunciationem aut accusationem, in hoc maxime id fieri debeat [f. 280r].

Tertia est, quia Christus⁴²³ fratrem qui Ecclesiam non audit, non dicit ulterius fraterno corriplendum esse, sed habendum esse tamquam ethnicum et publicanum; haereticus autem Ecclesiam non audit, sed in materia fidei tenet contra id quod seit Ecclesiam universalem tenere. Item Christus dixit: si peccaverit in te⁴²⁴, etc.; haereticus autem in communem tutius Ecclesiae fidem et religionem peccat, dividiturque Ecclesiae unitatem. Praeterea, Christus dixit: si peccaverit in te frater⁴²⁵, etc.; haereticus autem cum ab Ecclesia exierit, non sit proximus, non tamen est frater luxia modum loquendi Scripturarum. Quare haec omnia adjuventia sunt ut minus circa illum quam circa alios delinquentes ordo correctionis fraternalae servati debeat.

Quarto. Hoc ipsum confirmatur maxime ex illo Dt. 13⁴²⁶: Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuae, aut filius tuus aut filia tua, sive uxor tua quae est in sinu tuo aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus et serviamus diis alienis, non acquiescas ei, nec audias, nec parcas ei oculus

423. Mt. 18, 17.

424. Mt. 18, 15.

425. Dt. 13, 6-9.

tuus ut misericordis aut occulies eum, sed statim interficies, denuncians scilicet et accusabis eum. Statim enim sublongitur⁴²⁰; Sit primum manus tua super eum (testis enim capite sequenti praedictum mittere primum lapidem in interficiendum) et post te omnis populus mittat manum, lapidibus ubrutus necabitur, ut omnis Israel audiens timeat et nequaquam ultra fiat quidam huius rei simile. Et iterum in eodem capite⁴²¹: Si audieris aliquos alterius urbis subversos esse serviroque deus alienis, quacres sollicito, et diligenter vel veritate perspeta; si inveneris certum esse quod dicitur et abominationem hanc opere patratam, statim percutes habilitatores urbis illius in ore gladii et delebis eam et [l. 266v] universa quae in ea sunt succendes cum ipsa civitate dominum Deum tuum, etc. Ubi nota in causa fidei et religionis peccatum occultum detegi iuberi iudicibus ut puniatur in exemplum aliorum, esto qui peccavit propinquissimus sit detecturo. Nota praeterea quanta severitate et celeritate iubeatur puniri ut res publica a tanto malo munda servetur.

Admonet Castrus, loco citato⁴²², quod ubi non constat aliquem vere esse haereticum, quia esto aliquid primum claveri contrarium fidei, non constat an pertinaciter vel ex ignorantia erret, ut saepe evenire potest, maxime in illitteratis et simplicibus, tunc prius quam deferatur ad inquisidores, si id fieri possit, admonendus est illud esse contrarium fidei quam profitetur Ecclesia. Et si resipuerit, ita ut nulla maneat suspicio illum antea cum pertinacia errasse, tunc non est ut ad inquisidores deferatur. Quod si in eo reperiatur pertinacia neque admonitus velit resipiscere, defendendus est ad inquisidores. Si etiam maneat suspicio eum sinistro ultimo id dixisse, sed voluisse se prostea occultare, defendendus est ad inquisidores et explicandus est progressus cum eo habitua cum circumstantiis omnibus quae vel extenuare vel aggravare suspicionem possent. Si sit persona de se suspecta et aliquid proferat aut faciat quod re vera perversum de eo generat suspicionem, statim admonendi sunt inquisidores et si ille prius conveniatur, erit ut plenius intelligatur animus illius, nisi forte sit res quam in utramque partem licet interpretari; tunc enim tentandum

420. Dt. 13, 9ss.

421. Dt. 13, 12-10

422. Véase la nota 413: ff. 173v-174r.

erit Interrogatione aut admonitione. Et si plene satisficerit ita ut omnino quiescat animus, non est quod ad inquisidores deferratur.

Sit secunda conclusio. Si quis merito firmiter existimat aliquid quod statim per secretam admonitionem convertet haereticum et impedit omnia mala quae inde possunt provenire, praecedere debet fraterne correctio et si lucratus fuerint umtilio fratrem, deferre eum non debet neque potest ad Inquisidores". Idem videntur est in caeteris criminalibus quae vergunt in perniciem reipublicae. Conclusio est Divi Thome, Interius, q. 33, art. 7⁴²⁹, ubi postquam dixit quod quando peccata occulta sunt in detrimentum proximorum spirituale scilicet et corporale, statim sunt denuncianda, nulla praevia correctione fraterna, ponens exemplum in haeretico qui privatim curat avertire homines a fide, addidit: "nisi forte aliquis firmiter existimat quod statim per secretam admonitionem posset huiusmodi mala impedire". Tunc enim admittit praecedere debere correctionem fraternalm. Et adverte quod dicit "nisi forte", quia rarissime id contingit. Raro enim erunt tales circunstantiae quod merito aliquis sibi id firmiter persuadere possit, maxime si haereticus sit dogmatista. Et ad dubium utique ad denunciationem procedendum est nulla praevia correctione fraterna. Adverte praeterea quod addit verbum "statim" et verba "huiusmodi mala impedire", quia si quis solum speret successu temporis et non statim se posse convertere haereticum aut posse impedire partem malorum et non omnia mala quae ab illa haeresi pendent, tenetur statim denunciare sine praevia admonitione. Conclusio ita explicata est etiam Castri, 2 De iusta haereticorum punitione, cap. 25⁴³⁰ et Sotii 5 De iustitia q. 5 art. 1⁴³¹, et iuxta eam dicit intelligenda esse edicta inquisitorum quae inibent statim denunciare. Est etiam

429. Nota marginalis: «Oppositorum huius (quando delatio levior potest sine gravi diuino deferto) usseritur inferius in materia de restitutione, tracatu 4, disp. 8, n. 26.

430. ALFONSO DE CASTRO, De iusta haereticorum punitione, l. 2, c. 25: 1. 172v a-b.

431. DOMINICO DE SOTO, De iustitia et iure, l. 5, q. 5, a. 1, ed. c., pp. 411-413. La regla de los Inquisidores en la p. 412 b.

apertissima Cani, 12 de locis, cap. 9^{ta} versus finem; Navarri, in Manuali, cap. 18, n. 56^{ta}; et plurimum aliorum. Ratio vero conclusionis est, quia tunc ex eo quod praecedat correctio fraterna nullum imminet periculum bono communii, sed sufficienter est ei provisum; praeceptum autem atque ordo correctionis fraternalis est de iure divino servarique debet ubi non collitur aut impeditur mal[. 207v]ius bonum ex eo quod praecedat. Si enim tolleretur sibi impediretur, tunc in eo casu locum non haberet praeceptum correctionis fraternalis. Rationes ergo adductae ad probandam primam conclusionem solum habent vim ubi periculum imminet bono communii ut communiter imminere solet^v. Ex dictis colligo quod si quis certo sciat aliquem qui antea fuit haereticus vere esse emendatum et lucratum Ecclesiae, a fortiori non tenetur illum detegere neque potest.

QUAESTIO 13.

Articulus 1 et 2.

De apostasia ab ordine.

Disputatio 1.

Apostasia est retrocessio vel a fide vel ab oboedientia vel a religione vel ordine seu clericatu. De apostasia a fide et poenis huiusmodi apostatarum abunde dictum est disputationibus praecedentibus, cum de haeresi et poenis haereticorum disseruimus. Apostata enim a fide haereticus est et poenas haereticorum incurrit. De apostasia ergo ab oboedientia quae in omni peccato mortali invenitur^x nihil est quod dicamus. Quare solum dicendum est de apostasia ab ordine seu clericatu et de apostasia ab religione.

^v. Nota marginal: «Consonant quae habentur infra in materia de restituzione, tractatu 4, disp. 8, n. 174.

^x. Lectura probable.

432. MELCHIOR CANO, *De locis*, l. 12, c. 7: ed. Serry n. 2, 213.

433. MARTÍN DE AZPILICUETA, *Euchiridion seu Manuale confessorum*, c. 10, n. 56: p. 281 a.

Quicquid Caietanus, hoc loco⁴³⁴, dicat, apostasia a minoribus ordinibus aut prima tonsura non solum per hoc quod non deserat quis tonsuram aut habitum clericis convenientem, sed etiam per hoc quod ducat uxorem viduam aut ab alio violatam vel bis ducat uxorem, quibus in casibus manet irregularis, non est peccatum mortale, ut communiter dicunt doctores, et tradit Caietanus in Summa, cum coeteris summistis, verbo Apostasia⁴³⁵. Neque in eo quod quis se reddat inhabilem ad ministrandum in minoribus ordinibus cernitur contemptus ordinum; quin potius cum neque voto neque statuto Ecclesiae teneatur quis [f. 268r] in illis ministrare aut transire ad maiores, si ex rationabili causa quis in minoribus ordinibus constitutus ducat viduam aut bis ducat uxorem neque veniale peccatum erit.

De clero in minoribus ordinibus instituto qui retinet beneficium ecclesiasticum et non defert insignia clericatus quoad habitum et tonsuram, sed pure laicaliter vivit, affirmant Sylvester, verbo Apostasia q. 2 et 3⁴³⁶, et plures alii, quod est apostata et mortaliter peccat. Qui autem clerici in minoribus ordinibus constituti gaudeant privilegio furi, vide In concilio Trident. sess. 23, cap. 6 de reformatione⁴³⁷.

Qui in sacris ordinibus constitutus clericalem habitum demittit non ex rationabili causa neque ad breve tempus, sed ut more laicorum induitus incedat, aut dicit uxorem vel assumit saeculare iudicium, est apostata et mortaliter peccat. Vide Sylvestrum, loco citato, q. 2⁴³⁸. Iis autem qui dicit uxorem praeterquam quod matrimonium est nullum, est ipso facto excommunicatus Clementina 1.^a. De consanguinitate et affinitate⁴³⁹. Poculas praedictis omnibus apostatis statutas, vide apud Silvestrum, loco citato, q. 8⁴⁴⁰.

434. THOMAS a VICO, Commentarii in II. II., q. 12, a. 1: ed. Leonina, B. 104.

435. IDEM, Summa peccatorum, v. Apostasia; f. 13r g.

436. SILVESTER a PRIERIO, Summa summarum, v. Apostasia, n. 5 et 6: p. 53 n.

437. Concilium Tridentinum, sess. 23, c. 6 de reformatione: COED, 747, 4-14.

438. SILVESTER a PRIERIO, Summa summarum, v. Apostasia, n. 5: p. 53 n.

439. C.I.C., c. un., in Clementinis, de consanguinitate et affinitate, IV, ult.: ed. Friedberg, 2, 1177s.

440. SILVESTER a PRIERIO, Summa summarum, v. Apostasia, n. 11: p. 54.

De apostasia a religione.

Disputatio 2.

Religiosus qui absque facultate praedicti exit a religione deserens habitum religionis atque animo redeundi, non dicitur apostata a religione, esto exeat animo vagandi, sed dicitur fugitivus iuxta Caloranum h[ab]c⁴⁴¹. Angelum⁴⁴² et Silvestrum⁴⁴³, verbo Apostasia et plerosque alios. Peccat nihilminus mortaliter etiam si praetextu accedendi ad superiores praelationes excat, quia praebet rationem offendiculi et scandali maximi aliis; et praeterea recedit invitio superiuribus. Unde in Concilio Tridentino sess. 25, cap. 4 de regularibus⁴⁴⁴ hoc ipsum ei prohibetur, nisi missa aut vocati fuerint a suis superioribus. Et subentur puniri quicumque, sine mandato suorum superiorum in scriptis contento, reperti fuerint extra monasterium.

Qui demissa sua religione exil animo perpetuo vagandi et non redeundi propriissime [L. 268v] dicitur apostata a religione. Qui vero egreditur unam religionem absque facultate ut aliam licet laxiorem ingrediatur, quamquam mortaliter peccat, non tamen proprie dicitur apostata, licet dicitur fugitivus. Ita Sylvester, verbo Apostasia, q. 4⁴⁴⁵. Penas apostolantium a religione vide apud cundem, ibidem, q. 7⁴⁴⁶.

Quaeritur utrum apostata a religione sit excommunicatus. Respondetur quod si habitum dimittit utique est excommunicatus, ut pater ex cap. Ut periculosa, ne clerici vel monachii⁴⁴⁷, ubi excommunicantur ipso facto omnes professi aliquam religionem qui temere dimittunt habitum suum religionis. Quod intelligitur sive animo apostatandi illum dimittant sive non. Quando autem aliquis dicatur temere dimittere habitum: ut incurrat hanc excommunicationem, vide apud Navarrum, in Manuall, cap. 27.

441. *TIOMAS A VIO*, *Commentarii in II. II.*, q. 12, a. 1. VI-VII: ed. Leo nina, 6, 104s.

442. *ANGELUS A CAVASSO*, *Sunima... angelica*, v. *Religiosus*, n. 44: col. c., f. 607v. Dice que el que mora fuera del monasterio y no está bajo la obediencia de su prelado es apostata. Véase v. *Apostasia*, n. 4: I. 40v.

443. *SILVESTER A PRIERO*, *Sunima summariam*, v. *Apostasia* n. 9: p. 63 b.

444. *Concilium Tridentinum* sess. 25, de regularibus et monialibus, c. 4: COED 777.

445. *SILVESTER A PRIERO*, *Sunima summariam*, v. *Apostasia*, n. 9: p. 53 b.

446. *Ibidem*, n. 11: p. 5d

447. *C. J. C.*, c. 2, X. de clericis vel monachis sacerdoti neg. se imm., III. 24: ed. Friedberg, 2, 1005s.

num. 131⁴⁴⁸; Sylvestrum, verbo *Excommunicatio*, excommunicatione 24⁴⁴⁹; Cajetanum, eodem verbo, cap. 61⁴⁵⁰ et alios. Capite citato habetur dimissione temerariam habitus religiosi professi habere adiunctam excommunicationem. At vero neque ex illo capite neque ex aliquo alio loco video apostasie a religione de iure communione adiunctam esse excommunicationem. Ex peculiari vero diplomate aut constitutione alicuius religionis poterant apnatae eiusdem religionis incurrire excommunicationem propter apostasiam, sicut religiosi Societatis Iesu non solum professi, sed etiam quicunque post duos annos probationis vota eiusdem Societatis emiserint, si Societatem egrediantur sunt ipso facto excommunicati, neque absolviri possunt ab alio quam a Romano Pontifice aut superiori Societatis praeterquam in mortis articulo. Transire etiam non possunt ad alium quemcumque ordinem (Carthusiensium ordine excepto) absque expressa sui Superioris ad id facultate; et si transierint tam ipsi quam ens recipientes aut eis auxilium, consilium vel favorum praestantes, sunt ipso facto excommunicati et professio in alia religione est [f. 289r] nulla. Et si ad Carthusiensium ordinem recesserint, tenentur ingredi intra tres menses ab egressu a Societate. Et si in dicto ordine permanere noluerint aut non possint, sub eadem poena excommunicationis ipso facto tenentur absque ulla mora regredi ad Societatem. Haec praeter privilegia a Paulo III concessa adversus apostatas Societatis⁴⁵¹, habentur in Bulla quadam a Pio IV Societati concessa et a Pio V confirmata⁴⁵².

Quæritur utrum qui absque facultate egreditur unam religionem et ingreditur aliam laxiorem in qua est distinctus habitus sit excommunicatus eo quod dimiserit priorem habitum. Res est difficultis. Angelus, verbo *Apostasia*⁴⁵³, et Cajetanus, verbo *Ex-*

448. MARTIN DE AZPILCUETA, *Enchiridion seu Manuale contuberniorum*, c. 27, n. 131; p. 497.

449. SILVESTRUM & PICINUS, *Summa summorum*, v. *Excommunicatio* 9, excomm. 24 (n. 51); p. 411 b.

450. THOMAS & VIO, *Symmetria peccatorum*, v. *Excommunicatus*, c. 61, f. 119v-120r.

451. PAULUS III, *Eccl. debitum: Institutum Societatis Iesu*, vol. 1: *Bol. lathum et compendium privilegiorum*, pp. 15 b-18 n.

452. PIUS V, *Aegatum reprobamus*: ib., pp. 39 b-40. Hace varijs versus referencia a su predecessor; pero no hemos podido encontrar ninguna bula en que expresamente nifirme lo mismo.

453. ANGELUS A CIRIACO *Summa angelica*, v. *Apostasia*, n. 3: ed. c. f. 40v. Puede llamarse late apostata, v. *Religious*, n. 44: f. 687v.

communicatio, cap. 61⁴⁵⁴; et alii negant Sylvester vero, verbo Excommunicatio 9, excommunicatione 24⁴⁵⁵; et Navarrus, loco citato, num. 132⁴⁵⁶ affirmat. Quae sententia videtur probabilior, quia textus excommunicat eos qui habitum suac religionis dimittit ad longum tempus aut in perpetuum et temere, cum absque facultate et cum peccato. De eo qui gestat quidem habitum sed ita occulte ut neque a conversantibus cum illo agnosci possit quidquid Paravicinarius⁴⁵⁷ dicat, dicoendum est cum Caietano⁴⁵⁸ et Navarro⁴⁵⁹ lucis citatis esse excommunicatum, quia ad id praeципitur non dimittere habitum, nl per illum cognosci posset; qui autem omnino occulte habitum gestat perinde est ac si non gessaret; secus autem esset si ita eum gessaret ut saltem a conversantibus cum illo per illum agnosci posset cuius esset religionis.

QUAESTIO 13.

De blasphemia.

Disputatio unica.

De blasphemia disputant doctores cum Magistro in 2. dist. 43⁴⁶⁰: Sotus, 8 de iustitia, q. 2, art. 3⁴⁶¹; Castrus, 1 De iusta haeretico-rum punitione, cap. 12⁴⁶²; Navarrus, in Manuall, cap. 12, num. 51⁴⁶³; Covarrubias, [f. 289v] in relectione capitilis Quamvis pactum, de pactis, p. 1, § 7, num. 8⁴⁶⁴; Symancas, in institutionibus, titulo 8⁴⁶⁵, et Summistae, verbo Blasphemia⁴⁶⁶. Praetermissis vero

454. THOMAS A VIO *Summa* peccatorum, v. Excommunicatio, c. 61: f. 119v-120r.

455. SILVESTRIS A PEKIERIO. *Summa* excommunicatorum, v. Excommunicatio 9, exc. 24 in 51: p. 411 b.

456. MARTIN DE AZEVEDO, *Euchiridianum seu Manuale confessariorum* c. 27, n. 131: p. 497.

457. No hemos podido verificar esta cita.

458. Véase la nota 454: f. 119v.

459. Véase la nota 458.

460. PETRUS LOMBARDUS, *Liber IV Sententiarum*, I 2, dist. 43: ed. Quaestio 1916, 1, 533-537.

461. DOMINGO DE BOTIA, *De iustitia et iure*, I. 8, q. 2, a. 3: ed. c. pp. 695-699.

462. ALFONSO DE CASTRO, *De iusta haereticorum punitione*, I 1, c. 12: ff. 37v-40v.

463. MARTIN DE AZEVEDO, *Konfiteationum seu Manuale confessariorum*, c. 12, n. 81-87: pp. 122s.

464. DIOSO DE COVARRUBIAS, *Relectio in cap. Quamvis pactum de pactis*, p. 1, § 7, n. 11-30: ed. c. t. I, pp. 348 a - 352 b.

465. DIOSO DE SIMANCAS, *Institutiones catholicae*, c. 8: ff. 12v-15r.

466. Véase, por ejemplo: *Summa silvestrina*, v. Blasphemia: pp. 109-111. *Summa aurea armilla*, v. Blasphemia: pp. 140s. *Summa angelica*, v. Blasphemia: ed. c. ff. 72v-74r.

allis opinionibus dicendum est cum Navarr, loco citato⁴⁶⁷, et allis, blasphemare non esse aliud quam dicere interius aut exteriorus aliquid injuriosum Deo aut sanctis, quatenus in Deum ipsum id quodam modo resultat. quid secundum quosdam sit quando tribuitur Deo quod ei non convenit vel quando quod est proprium Dei tribuitur creaturae; quamquam secundum D. Thomam, hic, art. 1 ad 3⁴⁶⁸ hoc virtute sibi affirmare Deum esse creaturam et subinde tribuere illi quod ei non convenit. Ibidem etiam docet D. Thomas haec non facere distinctionem specificam in peccato blasphemiae.

Hoc loco adverte blasphemiam non esse infidelitatem, quamquam aliquando ab infidelitate dimanet. Tenere enim mente quod fidei contrarium est. ad infidelitatem pertinet; dicere vero interius vel exteriorus id aut aliquid quatenus in iniuriam Dei credit, pertinet ad blasphemiam, sive qui id dicit tenet mente id ita esse et sit infidelis. Unde ad peccatum blasphemiae impertinens est infidelitas, licet ab infidelitate aliquando emanet, ut evanabat in Paulo quando persecutus Ecclesiam antequam ad fidem converteretur; Ruxta illud Tim 1⁴⁶⁹: prius fui blasphemus et persecutor, sed ignorans feci in incredulitate.

Blasphemia duplex est, ut hic ait D. Thomas, art 1: interior scilicet ut quando quis interius solum dicit aliquid iniuriosum Deo; et exterior quando voce aut aliquo allo exteriori signo id dicit et significat. Et utraque potest esse dupliciter, videlicet vel sine affectus detestatione vel cum affectus detestatione, ut hic ait D. Thomas. [f. 270r] Blasphemare sine affectus detestatione est quando aliquis interius vel exterior voluntarie dicit aliquid iniuriosum Deo, attamen sine affectu Deo iniuriam faciendo et sine affectu quod id quod dicit ita sit, ut si quis ira percitus aliquis, dicat illi: iardeat Deum sine animo ostendendi iram aut increpandi malum illi, sed non iniuriam dicendi Deo aut volendi quod caedium aut tristitiam cadat in Deum, vel si quis ira percitus quod res illi sinistre succedant inturius vel exterius dicat: non

467. MARÍA DE AZPILCUETA, Enchiridion seu Manuale confessorum, c 12, n 81: p 122 b.

468. THOMAS AQUINAS. Summa Theologica. II.II., q 13, a. 1 ad 3: ed. Leonina, B, 107 b.

469. 1 Tim. 1, 18.

est in Deo potentia ad hoc faciendum, neque credens verum esse quod dicit, neque volens iniuriam dicere Deo, sed ut propriae passioni satisfaciat. Blasphemare vero cum affectus detestatione est cum aliquis animo, iniuriam Deo dicendi id dicit aut cum animo quod ita est aut sit; utraque blasphemia voluntaria est et peccatum mortale gravissimum. Sed multo gravius peccatum est quando est cum affectus detestatione et cum affectu voluntatis ad blasphemiam.

Ex dictis facile erit intelligere etiam in materia fidei affirmandoque quod est contrarium fidei posse esse peccatum blasphemiae sine heresii et infidelitate, ut patet in eo qui ira peritus atque ut propriae passioni emtiafaciat dicit in Deo non esse potentiam ad aliquid faciendum, non quod credat id ita esse; atque tales ut plurimum esse solent huiusmodi blasphemiae in viris alias catholicis minimeque suspectis in fide. Hic etiam advertere tamquam abesse ut de ratione blasphemiae sit infidelitas, quod ut probe notarunt Caietanus, hic, art. 3^o et Covarrubias, Inco citato, num. 10^o infidelitas tunc blasphemiae minuit rationem culpae cui adiungitur, ut si caetera sint paria, minus grave peccatum est blasphemia qua quis putans Christum non esse [f. 27v] Deum in eum blasphemat, quam esset si credens esse Deum eandem blasphemiam proferret, id quod Paulus aperte significat illis verbis⁴⁷⁰: Qui fui blasphemus et persecutor, sed veniam consequatus sum quia ignorans feci in incredulitate. Et ratio est, quia blasphemia in Christum cuius qui credit Christum esse Deum non solum est blasphemia secundum se, sed etiam secundum existimationem et scientiam proferentis. Blasphemia vero eius qui non credit Christum esse Deum, solum est blasphemia secundum se, non vero secundum existimationem proferentis; sane multum culpae minuit in blasphemia qua blasphemia.

Potes cui virtuti opponatur vitium blasphemiae? D. Thomas hic, art. 1 et plerique alii affirmant opponi confessioni fidei et subinde videntur dicere opponi virtuti fidelis quoad actum illius

⁴⁷⁰ Thomas a Vio, Commentarii in II. II., q. 13, a. 3, III. ed. Leonina, 8, 110 b.

⁴⁷¹ Digno ac Covarrubias, Relatio in cap. Quoniam pastum, p. I, § 7, n. 10; ed. c., 1, 350.

⁴⁷² 1 Tim 1, 13.

externum, qui dicitur confessio; de quo supra dictum est q. 3⁴⁷³. Atque hoc ratione de blasphemia disserit hoc loco D. Thomas tamquam de vitiis fidei opposito. Sed certe non video quare annumerari debeat vitiis fidei oppositis aut quare dicendum sit contrarium confessiori fidei. Confessioni enim fidei opponitur omissionis illius pro tempore quo quis tenetur fidem confiteri, tum etiam negatio exterior fidei et professio aliquis quod fidel adversatur. Haec autem ei opponuntur non quatenus cedunt in iniuriam creatoris, sed quatenus exprimit quod fidei adversatur. peccatum veru blasphemiae In eo positum est quod dictum cedat in iniuriam Dei, quod nullam ad fidem aut fidel conditionem dicit oppositionem, sed ad virtutem religionis. Et ob id ut verisimilius se mihi offert quod quemadmodum verba injuriosa proximo, ut contumelia, detractio, (f. 271r) etc. pertinent ad vitium oris iustitiae contrarium, ut inferius in materia de iustitia videbimus⁴⁷⁴, ita verba seu dicta quae in iniuriam Dei cedunt pertinent ad blasphemiam, vitium speciali virtutis religionis contrarium. Unde multis simul cum periurio, quod constat virtuti religionis contrariari, disputant de blasphemia et D. Thomas, hoc loco, art. 2 ad 2⁴⁷⁵, probabile etiam reputat blasphemiam etiam cum periurio prohibitam esse secundo pracepto decalogi illis verbis: non assumes nomen Dei tui in vanum⁴⁷⁶.

Ex dictis facile erit intelligere non solum blasphemiam committi quando formaliter Deo tribuitur quod ei non convenit aut quando ab eo negatur quod ei convenit, sed in universum quales dicitur aliquid injuriosum Deo quacunque formula loquendi dicitur. Unde blasphemia alliquando dicitur affirmando aut negando, ut quando dicitur non posse Deum aliquid aut non scire aliquid aut quando dicitur: «abnega Deum» aut «non credo in Deum», quae verba solent a pessimis hominibus irreverenter proferri et cedunt in iniuriam Dei et fidei quam nobis dedit. Item blasphemia est dicere: «tamen verum est hoc quam verum est Deum

473. Luis de Molina. *Annotaciones in II. II. dicti Thomae*, q. 3: ArchTeol-Cran 42 (1979) 101-108.

474. Cfr. Idem, *De iustitia et iure*, tr. 4, disp. 56, n. 7; Colonia 1614, t. 5, col. 1772 B: la blasphemía es un pecado contra el segundo mandamiento. Sobre la detraccción, ib. disp. 23, n. 1. col. 1285 B.

475. Thomas Aquinas. *Summa Theologica*, II. II., q. 13, a 2 ad 2: ed. Loonina, 8, 109 b.

476. Ex 20, 7.

esse trinum et unum»; aut «quam verum est Christum nature esse ex Virgine»; aut dicere «hoc est verum sicut verum est dicere Deum esse trinum et unum», si sensus sit quod tanta veritas aut Trinitas sit in uno quam in alio, secus autem si scilicet esset comparatio ad hoc quod est utrumque esse verum, sed non quoad gradum et firmitatem veritatis. Austinentum tamen est a tali forma iurandi. Item blasphemia est dicere: «per vitam Dei hoc ita est», quia est iuratmentum execratorum perinde atque huc: «per vitam meam hoc ita est», cuius sensus est: «Deus ita sit testis ut [f. 271v] nisi hoc sit verum perdam meam vitam». Quare quia nulli malo subiecta est vita Dei et oppositum significatur in illo alio iuramento est blasphemia. Dicere vero: «vivit Deus quod hoc ita est», non est blasphemia, sed iuramentum usurpatum a sanctis; eius ualens sensus est: «Deus qui vivit et intuetur hoc testis est quod hoc ita est». Item blasphemia est iurare per falsos deos vel per creaturas non referendo illas in Deum, ut per solem, lunam, etc., quia est tribuere creaturae quod est proprium Dei, nimirum esse veritatem primam et infallibilem. Iurare etiam per membra Dei, si intelligatur quatenus est Deus, est blasphemia, quia Deus qua Deus caret membris. Item iurare per pudeunda membra Christi est blasphemia, quia licet illa habeat, cedit in iniuriam Christi quod ita illa impudenter iurando proferatur, immo et iurare per alia membra per quae ridicule et indecenter iuratur. Etiam committitur blasphemia imperative et optative aliquid preferendo, ut dicendo: «taedeat Deum» aut maledicendo Deo quamcumqueve aliata iniuriam imperative aut optative ei dicendo. Præterea quidquid Christo Domino iniuriam aut irrisiōnem dictum fuit erat blasphemia eo quod esset verus Deus. Quod etiam sanctis qui cum Christo regnant dicitur iniuriati est suo modo blasphemia, quia sicut laudes sanctorum in Deum referuntur et cadunt, ita et iniuriae. Unde dicere: "taedeat sanctum Petrum aut sanctum Paulum" blasphemia est; taedium enim et tristitia in beatos cadere non potest. Quare id in iniuriam ipsorum et Dei qui in eo statu ens collocavit et eum statum eis promisit, cedit. Minus tamen [f. 272r] gravis est blasphemia in sanctos quam in Deum. Unde minus graviter censet eam esse puniendam Concilium Lateranense, sub Leone, sessione 9th, quam

blasphemia in Deum. Leges Castellae duplam poenam statuunt blasphemiae in E. Virginem quam in alios sanctos, ut Covarruvias refert, loco citato, n. 9⁴⁷⁰. Maledicere creaturis, si intulit Dei aut quaterus a Deo sunt, non sicut, non est blasphemia, immo regulariter non est peccatum mortale, si sint irrationales.

Blasphemia peccatum est mortale nisi tam indeliberata sit ut quis non advertat verba quae dicit. Quod si advertat quae dicit non excusatur a culpa mortali propter vehementiam passionis, ut hic ait D. Thomas art. 2 ad 3. Et adverte quod cum blasphemia sit contra Deum ex suo genere gravius peccatum est quam homicidium.

Damnatos blasphemare communis sententia doctorum est; prouinciant enim in maledicta, detractiones et alia huiusmodi adversus Deum & quo puniuntur, et adversus sanctos quibus invident et a quibus Deus laudatur.

Blasphemiae, si tales sint, ut haereticae sint aut ab haereticis emant vel efficiant aliquem suspectum in fide ad iudicium pertinent inquisitorum. Unde in edicto inquisitorum praecipi sollet sub poena excommunicationis latae sententiae ut denunciatur blasphemiac haereticae. Quare quando vel constat blasphemiam aliquam animo haeretico dictam esse vel de ea re est suspicio, blasphematus deferendus est ad inquisidores. Denique id in denunciando servandum est quod q. II, art. 4, disputatione ultima dictum est⁴⁷¹. Aliarum vero blasphemiarum plenitudo ad Ordinarium et ad iudices saeculares pertinet, quamvis id alicubi inquisitoribus etiam enunmittatur, et tunc qui prior comprehendit is plenitudo neque punitus ab uno iudice puniri potest propter idem crrff. 272v]men ab alio nisi tam levis esset plenitudo ut quasi non punitus esset censendus⁴⁷².

^{470.} Dicere ut COVARRUVIAS, Reiectio in cap. Quantitas peccatum, p. 1, § 7.
^{471.} ed.c., 1, 349 b

^{472.} Vénuisi les pages 205-203 (637-845).

Blasphemus. Lev. 24⁴⁸⁰, poena mortis iubebatur puniri lapidibus obmutus. De poenis vero blasphemantium tam quae quondam fuerunt in usu iure canonico et civili quamque hodie sunt in usu in variis regnis, vnde inter alios Covarruvias. loco citato, n. 10⁴⁸¹; Symancas, titulus 8⁴⁸²; in Concilio Lateranense sub Leone, sessione 9⁴⁸³ variae poenae blasphemis statuuntur; iudicibus vero qui in illis puniendis et inquirendis diligentibus fuerint pro qualibet vice inter alia conceduntur decem anni indulgentiae. Audientibus blasphemias praecepitur ut blasphemantes acriter reprehendant si absque periculo proprio id efficiere possint. et ut intra triduum id denuntiant iudici saeculari aut ecclesiastico; quod intelligendum est nisi frater sit emendatus sullen per correctionem fraternalis; accusatori etiam conceduntur decem anni indulgentiae.

Dubium est utrum qui absolvere potest ab aliis peccatis absolvere possit a blasphemia? Res affirmatur cum Sylvestro⁴⁸⁴, Angelo⁴⁸⁵ et aliis verbo Blasphemia, maxime si blasphemia non sit ad indicium delata. Concilium Lateranense⁴⁸⁶ admouet blasphemum non esse absolvendum absque gravissima penitentia severi confessoris.

QUAESTIO 14.

De peccato in Spiritum Sanctum.

Cum tractatu de blasphemia coniuncta est disputatio de peccato seu blasphemia in Spiritum Sanctum, de quo Christus Matt. 12⁴⁸⁷ et Marc 3⁴⁸⁸ dicit quod non remittetur neque in hunc saeculo neque in futuro. De hac re disputant scholastici cum Magistro in 2. d. 43; Enarratores Scripturae super f. 273r loca

480. Lv 24, 10-16.

481. Diversi in COVARRUVIAS. Selectio in cap. Quidamis peccatum. p. 1. § 7. n. 12ss: ed. e. I. 340 b — 340

482. DIEGO DE SYMANCAS. Institutiones catholicue. c. 8, n. 11-14: fl. 14v-15r.

483. CONCILIO LATERANENSE V. sess. 9 COrD 822, 1-29

484. SILVESTER A PRIERU. Summa summi patrum, v. Blasphemia, q. 6, n. 6s: p. 110 b.

485. ANGELUS A CICCIASSO. Summa... angelica, v. Blasphemia, n. 4: f. 73r.

486. CONCILIO LATERANENSE V. sess. 9 COrD 822, 2122.

487. Mt 12, 32.

488. Mc 3, 29.

citata; Summiſtæ, verbo Blasphemia, et Vega, super Concilium Tridentinum, lib. 13, cap. 9⁴⁸⁸.

Nomine peccati in Spiritum Sanctum intelligunt aliqui peccatum suum in penitentiae. Alii vero peccatum ex malitia per contemptum alicuius, quod difficulter reddit remissionem peccati, quasi peccatum ex infirmitate dicatur contra Patrem, cui appropriatur potentia; peccatum vero ex ignorantia dicatur contra Filium, cui appropriatur sapientia. Et peccatum ex malitia contra Spiritum Sanctum cui appropriatur bonitas. Signantque peccati in Spiritum Sacrum in hac secunda acceptione sex species seu modos propter varia dicta Augustini⁴⁸⁹ quos hic habes apud D. Thomam. Adicit vero peccata in Patrem aut Filium ob id dici remissibilia quod includant aliquid quod ipso excusat videlicet vel infirmitatem ac passionem vel ignorantiam; peccatum vero in Spiritum Sanctum dicti irremissibilem non simpliciter quasi nunquam remittatur sed quodam modo quia non habet in se quod ipsum excusat, et ob id quantum est de se meretur non remittitur ex bonitate et liberalitate divina remittatur.

Si tamen res extendatur facile invenietur neutrum horum intendisse Christum Dominum verbis illis citatis. Unde accommodatus ad mentem Athanasii⁴⁹⁰, Hilarii⁴⁹¹, Ambrosii⁴⁹², Hieronymi⁴⁹³ et Chrysostomi⁴⁹⁴, quos hic citat D. Thomas, atque ad litteram ipsam Evangelii, dicendum videtur cum Vega, loco citato⁴⁹⁵, et Cornelio Jansenio in commentario in Concordiam Evangeliorum

488. ANDRÉS VEGA, *De iustificatione doctrina universa libris XV absolute tractata*, 1, 13, n. 9: Columbia 1572, pp. 502-507.

489. AQUINUS, *Sermo 71*, c. 11, 17-14, 24: PL 34, 453-457. Sin dudu, a este pasaje se renuncia al mismo S. Agustín en *Notitia de Hoc*, xxi et charitate, n. 83: PL 40, 272.

490. ATHANASIUS, *Fragmenta in Matthaeum*, b. 12, 32: PG 21, 105a 8 — 130b C.

491. HILARIUS PRATIVERNUS, *In Evangelium Matthaei commentator*, c. 12, n. 17: PL 9, 939.

492. AMBROSIUS, *Expositio Evangelii secundum Lucam libris X norma prekressa*, 1, 7, n. 119-121 (in 12, 9-10): OChar 14, 253c, 2311-2345 (PL 15, 1017a).

493. HIERONYMUS, *Commentarium in Evangelium Matthaei et Eusebium libri quatuor*, 1, 3, c. 12: PL 26, 83 D — 84 A. Véase también: Epistola 42, ad Marcellum de Blasphemia in Spiritum Sanctum irremissibili: CSEL 54, 3158a.

494. IOANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae in Matthaeum*, hom. 41 fo. 424, n. 8: PG 57, 440s.

495. Véase la nota 488: Propositio 3: pp. 503s.

cap. 49⁴⁹⁷, in primis Christum Dominum non de quocunque peccato fuisse locutum sed de blasphemia solum quam ex dictis quaestione praecedenti et ex textu ipso Evangelii [f. 273v] constat in dictis aut verbis consistere. Ait enim Christus Dominus Matt. 12⁴⁹⁸: Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus; Spiritus autem blasphemiae (aut ut habent Bibliae plurimum linguatum nuper excusae: Spiritus blasphemiae; id est blasphemia in Spiritum ut habet Evangelium Syriacum et haec littera consobat sequentibus) non remittetur et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei, quia autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur et neque in hoc saeculo, neque in futuro. Et Marcii 3⁴⁹⁹: omnia dimittentur hominum peccata et blasphemiae quibus blasphemaverint, qui autem blasphemaverint in Spiritum Sanctum non habent remissionem in aeternum. sed reuera erit aeterni delicti quoniam dicetis Spiritum immundum habet. Ecce de solo peccato oris atque blasphemia locutus est Christus. Porro nomine Spiritus Sancti intelligit Christus Deum ipsum quaterius Deus est, qui et Spiritus est iuxta illud Iohannis 4⁵⁰⁰: Spiritus est Deus, et est sanctus distinguitque blasphemiam in Filium qua pharisaei calumniabantur opera Christi quatenus hominis appellantes ipsum polatorem vini et amicorum publicanorum, ut patet Matt. 11⁵⁰¹. A blasphemia enim in Spiritum Sanctum qua calumniabantur opera ipsius quatenus Dei, quibus in confessione fiduci faciebat patentissima miracula, attribuentes opera illa principi daemoniorum. Unde Marcus inquit, n*b* id Christum id dixisse quoniam dicebant spiritum immundum habet. Nomine ergo blasphemiae spiritus intelligit Christus blasphemiam qua quis certa quadam malitia motus ea quae agnoscit opera Dei in afflictionem fideli et illuminationem et salutem animarum attribuit diabolo. Et adverte quod ut notat [f. 274v] Vega, loco citato⁵⁰², ex verbis Christi non constat an pharisaei pervenissent iam ad

g. Et tunc regite hoc: neque in hoc futuro.

497 CORNELIUS JANNETUS *Commentariorum in sacra Cetera et tractatus Historiam Evangelicam Partes IIII*, v. 49: Lyon 1580, pp. 377ss (principali mente, p. 378 b D).

498. Mt 12, 31s.

499. Mc 3, 28s.

500. Jn 4, 24.

501. Mt 11, 19.

502. Vésee la note 489: pp. 504-507.

eum gradum malitiae ut haberent peccatum illud blasphemiae quod neque in hoc saeculo neque in futuro remittitur, ab vero eo appropinquarent et ob id eos admonuerit Christus ut eaverent sibi. Adverte praeterea quod quemadmodum id quod praemittitur omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus non sic intelligendum est quasi semper cunctis hominibus remittatur, sed quod facile aut non ita difficile remittatur: ita quod sequitur blasphemia spiritus non remittetur intelligendum est regulariter, quia regulariter homines non faciunt quod in se est regulariter ut remittatur, et quod difficile remittatur tum propter gravitatem ipsius, tum quod Deus denegavit auxilia et obduravit peccatores ob atrocitatem delicti, neet non denegat auxillum et sufficiens cum quo difficillime et raro aut nunquam aliquis sic deflexus a Deo convertetur aut forte quia homines perveniunt ad tantum delictum et ad tantam malitiam iam traditi sunt a Deo in reprobatione sensum et obdurati per subtractionem auxiliorum in poenam praecedentium delictorum. Alias expositiones illorum verborum «non remittetur» neque in hoc saeculo neque in futuro», lege apud Vegam et Jansenium locis citatis⁵⁰³. Et memento etiam apud Aristotelem difficile et raro appellari impossibile, ut patet i. De Caelo, cap. 11⁵⁰⁴, ubi distinguit varias acceptiones impossibilis, et una est quod id quod difficile sit impossibile dicitur.

QUAESTIO 15.

De caecitate mentis et hebetudine.

Agit de his tanquam de vitiis oppositis dno scientiae aut [f. 274v] intellectus, de quibus egit supra tanquam de donis respondentibus fidei. Caecitas mentis circa aliquid obiectum consistit in omnimoda carentia cognitionis illius per actualem inconsiderationem; hebetudo vero in cognitione parum penetrante oblectum. Utrumque vero circa spiritualia interdum provenit ex indispositione virium sensitivarum subministrantium intellectui sive indispositio sit naturalis ex compunctione sive accidentaria

503. Véanse las notas 489 (pp. 506ss) y 497.

504. ARISTÓTELES, *De coelo*, I, 1, a. 11; ed. Acad. reg. Botussiana, Berlin 1831, vol. I, p. 280, 14-15, ed. cum Averrois commentariorum, vol. 5. Venecia 1562, f. 75v a.

ex vaporibus cibi aut potus aut ex morbis vel ex aliqua alia causa. Interdum vero ex subtractione luminis gratiae, illustrationum atque auxiliorum quibus Deus illuminat vires cognoscitives, quod saepe in poenam delictorum evenit, aliquando vero provenit ex eo quod cogitatio avertitur ab illis vel de industria iuxta illud: Noluit intelligere ut bene ageret⁵⁰⁵, vel ex inordinata occupatione ad alia, iuxta illud: Supercedidit ignis⁵⁰⁶, concupiscentiarum scilicet, quae trahunt secum cogitationem ad concupisita, et non viderunt solem, vel excecerati sunt circa spiritualia.

Licet autem omnia in quiversum peccatae causae sint excepcionis et hebetudinis mentis circa spiritualia per hoc quod impedit lumen gratiae et auxilia atque illustrations divinas demeritorie et inclinant ad terrena et transitoria, id tamen praecipue convenit luxuriae et gulae. Unde luxuria per excellentiam tribuitur a Gregorio⁵⁰⁷ excepcionis tamquam causa et gulae hebetudo, quae non solum inclinando ad terrena, sed etiam impediendo vaporibus et humoribus vires cognitionis internas, hebetudinem mentis causat. Acumen tampon naturale ingenii poterit aliquando esse tale ut quod attinet ad cognitionem naturalem rerum spiritualium aliquando aliquis [f. 275r] luxuriae et gulae deditus plus intelligat et magis illuminatus appareat quam vir castissimus, parensimius ac virtute praeditus

QUAESTIO 16.

De paeceptis fidei, scientiae et intellectus.

Ex dictis q. 2, art. 3⁵⁰⁸ prope finem patet semper tam in lege naturae quam in lege scripta et gratiae suisse et esse paeceptum fidei, quod ex natura rei facta revelatione divina consurgit, ut ibidem ostensum est; lumen namque naturale dictat teneri homines fidem adhibere Deo illis aliquid revelanti. Quare facta hominibus revelatione divina aliquorum obiectorum statim con-

505. Sul 25, 4.

506. Sul 57, 9.

507. Gregorius I, *Moralia in Job*, l. 31, c. 45, n. 89; PL 76, 821 B: "De ventris ingluvie [...] hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria, coacitas mentis...". Véase, también: l. 16, c. 89; PL 75, 1182 A; l. 26, c. 25; PL 76, 387 A; l. 30, c. 18, n. 58; PL 76, 558 A.

508. Luis de Molina, *Annotaciones in II. II. de f. Thomas*, q. 3, a. 3; ArchTeolGran 42 (1979) 748.

surgit obligatio illa credendi, incredulitasque circa illa est ex suo genere peccatum mortale, ubi sunt sufficientia motiva ut homines sibi perauadeant revelationem ipsis factam esse a Deo. Quo sit ut quo plura revelantur a Deo, eo ipso praeceptum fidei ad plura se extendat. Fit etiam ut praeceptum fidei quatenus ut ex natura rei consurgat, requirit revelationem oblectorum supernaturalem, sit praeceptum supernaturale; quatenus vero ut sit et consurgat praerequirit revelationem oblectorum, quae non est ex natura rei, sed libere sit a Deo, et libere sit plurimum aut pauciorum oblectorum. Fit quodammodo praecoxym positivum a liberta voluntate Deli pondetis et libere latum plurimum aut pauciorum obieclatur; quatenus vero supposita revelatione oblectorum lumen naturale illud diclat, neque indiget alia promulgatione, sed ex natura rei consurgit sit quodammodo naturale non simpliciter, sed supposita li[. 275v]bera ac supernaturali revelatione obiectorum, unde absolute appellare illud supernaturale et positivum, et quodammodo naturale supponita revelatione.

Circa ea quae docet hoc loco et alibi D. Thomas quoad praecpta virtutum et donorum adverte saepe ea quae citat ex Scripturis esse admonitiones, neque inducere nova praecepta. Hoc dico ne aliquis dicat esse obligationem peccati mortalis ubi quandoque neque est venialis. Atque haec de materia fidei.